













1  
2  
27.  
28  
29.  
30  
31.  
32  
33.  
34





1666.

26. Semmelinius, Joh. : De consensu imperii  
et obsequii in republ. Rom. Germanica.
27. Schroeter, Ernestus Fridericus : Ad quod justum est et  
necessarium in momento
28. Schroeter, Ernestus Fridericus : De agris.
29. Schroeterus, Ernestus Fridericus : De remediis tollendi  
liberum diuturnitatem in processu civil. primae ac  
secundae instantiae.
30. Schroeter, Ernestus Fridericus : Ep. explicatio Tit. 8, 9, 10,  
lib. II pens. ac ad haec spectantes nobiliores controvers.  
sive succincte resolutae
31. Schroeter, Ernestus Fridericus : De caede seu homicidio
32. Schroeter, Ernestus Fridericus : De delictis arbitrariis  
judicis.
- 33<sup>a</sup>. b. c. Shuonius, Georgius Adamus : De actionibus in reus  
scriptis
34. Shuonius, Georg Adamus : De febrili cessionis adiutorio



1666.  
35<sup>a, b</sup> Struvius, Georgius Adamus: De jure coloniarum sive  
coloniarum non perpetuarum sed simplicium 2 Sumpt.  
1666 & 1719
- 36<sup>a, b</sup> Struvius, Georgius Adamus: De consensu.  
2 Sumpt.
37. Struvius, Georgius Adamus: De iudiciis cum annexis.  
quaestio de proba per aquam frigidam sagarum.  
Rec. 1714
- 38 Struvius, Georgius Adamus: De iure.
39. Struvius, Georgius Adamus: De aquaeductibus.
- 40 Struvius, Georgius Adamus: De societate.
- 41<sup>a, b</sup> Struvius, Georgius Adamus: De actibus et contractibus  
correspondentibus 2 Sumpt. 1666 & 1755.
- 42<sup>a, b</sup> Struvius, Georgius Adamus: Characteres status. S.  
Rom. Germ. imperii.
- 43<sup>a, b</sup> Struvius, Georgius Adamus: De pactis renunciatiuis  
2 Sumpt. 1666 & 1733.



1666


44. Ingeris leg. 10. P. de juri dictione

45. Tilemannus, Bucherius Heurich: Jura vigilantis  
sunt scripta.

46. Tronckhusius, Georgius: Ante fiat, quod animalia  
quaedam directa diu noveantur, quaedam vero  
novissime?

47. Wintheim, Statius Harbordus: De jure salvi  
conductus.





IN  
D  
P





20  
DISPUTATIO. IVRIDICA.

DE.

CONSENSV.

QUAM.

AUXILIANTE. DIVINO. NUMINE.

EX. DECRETO.

MAGNIFICI. ET. NOBILISSIMI. IURISCONSULTORUM. ORDINIS.  
IN. FLORENTISSIMA. SALANA.

PRÆSIDE.

DN. GEORGIO.

ADAMO. STRUVIO.

HEREDITARIO. IN. UHSTÄTT. ICTO. ET. ANTE-  
CESSORE. LONGE. CELEBERRIMO. P. T. DECANO. SPECTA-  
TISSIMO. ET. FACULTATIS. JURIDICÆ. SENIORE. CON-  
SILIARIO. SAXONICO. CURIÆ. PROVINCIALIS.  
ET. SCABINATUS. ASSESSORE. GRA-  
VISSIMO.

DN. PATRONO. ATQVE. PROMOTORE. SVO.  
OMNI. OBSERVANTIÆ. ET. HONORIS. CVLTV.  
ÆTATEM. DEVENERANDO.

PUBLICÆ. AC. PLACIDÆ. ERUDITORUM. CENSURÆ.  
SUBJICIT.

CONRADVS. Mitgau

QUEDLINBURGENSIS. SAXO.

AUCTOR.

ad diem Julii

ANNO. M. DC. LXVI.

KÖNIGLICH  
UNIVERS.  
ZVHALIE

JENÆ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi.





**V I R O**

*PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO,  
ATQVE CONSULTISSIMO*

**DN. NICOLAO MI-  
CHAELI HIMMELIO,**

**ICTO, CURIAE PROVINCIALIS SAXONICAE  
ADVOCATO ORDINARIO CELEBERRIMO,  
PATRONO, PROMOTORI, AC EVERGETAE  
MEO ETATEM COLENDO.**

*U. &*

**V I R O**

*AMPLISSIMO, ATQVE CONSULTISSIMO*

**DN. GEORGIO  
PASCASIO,**

**VRBIS JENENSIS SCULTETO GRAVISSIMO,  
FAVORI ATQVE PATRONO MEO OB-  
SERVANTISSIMO**

*Hocce munusculum chartaceum debitæ  
gratitudinis ergò*

*offero*

**CONRADVS Mitgau.**





I. N. D. N. J. C.

CAP. I.

DE

# ONOMATOLOGIA.

§. I.



Uod Imperator Justinianus *in l. un. C. de R. V. A*; id non minus & nos de Consensu dicere possumus: Rem sc. in præsentem non minimam aggredimur, sed in omni penè corpore juris effusam. Hanc ipsam ergò variis dispersam locis dum colligimus, eum observabimus ordinem, ut omnia vel ad Onomatologiam vel ad Pragmatologiam referamus. Onomatologia absolvetur hoc capite primo. Pragmatologia seqq. capitibus.

§. II. Ad Onomatologiam tria potissimum referuntur. Etymologia, Homonymia & Synonymia. Quantum ad Etymologiam seu vocabuli Consensus derivationem attinet, in eâ dilucidandâ ut diu moremur, operæ pretium non ducimus, præsertim cum cuiusvis obvium sit, unde vocabulum Consensus suam trahat originem. Meritò ergò progredimur ad Homonymiam.

§. III. Errorum genetricem Homonymiam si spectemus, Homodeprehendimus vocabulum consensus varias agnoscere significationes. (1.) enim significat convenientiam quandam, uti apparet ex *l. 14. ff. de acceptilat.* ubi dicitur, quod acceptilatio non possit consistere, nisi consentiat cum obligatione, h. e. nisi conveniat, congruat. (2.) sumitur pro concessione, uti videre est in *l. 46. de cont. em. vend.* (3.) sumitur pro actu quodam voluntatis, & hanc significationem vocabulum Consensus in præsentiarum agnoscit.

A

§. IV.



1161.  
Synonymia.

§. IV. Consensui æquivalent (1.) conventio uti patet ex l. 1. §. adeo 1. ff. de pact. verbu: ita & qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, i. e. in unam sententiam decurrunt, conveniunt. (2.) Confirmatio rei gestæ vel gerendæ Innocentius in c. dudum. vers. quod aliud est decretum de rebus Eccles. non alien. in 6to. (3.) Authoritatis præstatio t. t. Inst. ff. & Cod. de auctor. præst. Hæc de Onomatologia. Ad Pragmatologiam referimus (1.) descriptionem & divisionem. (2.) causarum enumerationem. (3.) effectus. De quibus singulis suo loco agetur.

## CAP. II.

DE

## DESCRIPTIONE & DIVISIONE.

§. I.

Descriptio.

Consensum hunc in modum describimus: CONSENSUS EST LIBER VOLUNTATIS ACTUS, QUO HOMINES TAM RES GESTAS QUAM GERENDAS CONFIRMANT ET PERFICIUNT.

§. II. Generis locò ponimus, ACTUS. Consensus enim cum non in nudâ speculatione consistat, sed in actionem traducatur, meritò dicimus, quod consensus sit ACTUS, non tamen quivis, sed voluntatis, quò ipsò indigitamus, quod talis actus cum dependeat à voluntate, quæ non cadit in bruta, de nemine nisi solò homine prædicari possit, cum ille tantum sit. istius actûs capax subjectum. Quamvis enim de brutis etiam dicatur, quod ista liberè agant, non tamen talis libertas, qualis hîc, reperitur in illis. In brutis enim tantum est instinctus naturalis. In hoc verò præter instinctum naturalem etiam reperitur libertas cum voluntate conjuncta. (2.) dicimus VOLUNTATIS, quod vocabulum nobis monstrat causam efficientem Consensûs. (3.) diximus LIBER: quo ipsò excludimus vim, metum, errorem, &c. hæc enim & similia obicem ponunt libertati. Nam libertas in hoc consistit, quòd positis omnibus ad agendum requisitis possit agere & non agere. Ubi verò vis, metus, error, &c. adsunt, libertas magis impeditur, quàm promovetur. Sicuti enim medici dicunt: contraria contrariis curantur: ita & nobis hîc dicere licet: contraria contrariis impediuntur. Sic eò ipsò



1162  
ipsò dum ponitur v. g. metus, statim removetur, tanquam contrarium metùs, libertas. (4.) diximus HOMINES, quò ipsò monstratur subjectum inhæſionis. (5.) vocabulum RES denotat subjectum tractationis. (6.) TAM GESTAS, QUAM GERENDAS, quæ verba innuunt causam formalem. (7.) CONFIRMANT ET PERFICIUNT: quò indigitatur causa finalis.

§. II. Varii variè dividunt Consensum. Nos brevitatis Divisio. studiosi dividimus illum in expressum & tacitum. Expressus autem est, quò verbis aut per epistolam nunciumve voluntas paciscentium significatur *l. 2. pr. de pact.* Tacitus est, qui non verbis exprimitur, sed ex aliquò negotiò civili colligitur, & quidem I. aut re ipsâ & factò ad illud negotium directò, declaratur consensus. Aut II. lege præsumitur intervenisse consensus. Utrumque quomodo eveniat, videri potest *Magnif. Dn. Struv. Factus & Antecessor in hæc Salanâ celeberrimus, Patronus, Promotor atq; Doctor meus omni reverentia cultu devenerandus, h. t. Collegii Juridici Decanus splendidissimus in S. I. C. Ex 6. S. 34.*

§. III. Quamvis taciti & expressi Consensus ratione essentia eadem sit virtus, ut rectissime statuit *Fortun. Garc. ad L. 4. de pact.* quippe cum expressio vel taciturnitas nihil ad essentiam Consensus conferat, sed tantum faciat ad probationem, quæ nihil ponit in esse; *l. contrahatur 4 de pignor.* nihilominus tamen multi dantur casus, in quibus non sufficit tacitus, sed expressus requiritur Consensus, præsertim ubi agitur de magnò præjudiciò. Sic I. Tutor vel curator ex nudâ præsentia & scientia suâ non censetur legitimare contractum minoris *Oldrad. conf. 227. n. 5. vers. 5. & ult.* II. Quando requiritur licentia super re prohibita, non sufficit tacitus Consensus, quia in iis, quæ sunt prohibita regulariter de jure, sed permessa de Consensu alicujus, (prout videre est in filiofamiliâs, qui non potest donare causâ mortis, nisi de consensu patris) Consensus requiritur specificus & non sufficit tacitus *Bart. in l. tam. u. §. 1. n. 6. ff. de donat. causa mort.* III. In transactione, quæ requirit simultaneum Consensum & pactum expressum, ita ut non sufficiat pactum tacitum, neq; pactum nudum. *Socin. conf. 220. n. 3. lib. 2.* IV. In damnosis & prohibitis itidem non præsumitur ejusmodi taci-



1163

tus Consensus, nisi concurrat amor & magna affectio, v. g. mulieris ad juvenem, qui mutuò se amabant & desiderabant contrahere matrimonium; quia mulier præsumitur Consensisse copulæ, & abductioni factæ. *Alex. cons. 1. n. 16. in f. & n. 17. v. v. f. accedit illa conjectura.* Et multò magis quando mulier confitetur.

¶ §. IV. Ubi verò agitur de modicò præjudiciò, tacitus Consensus sufficit. *Card. Tusch. pract. conclus. 747.* Quæri hîc potest I. An tacitus Consensus sit sufficiens ad consuetudinem contra legem inducendam? Priusquam ad hanc quæstionem respondeatur, dispiciendum est, penes quem sit τὸ νέειον, an penes unum, sicuti in statu monarchico, an penes plures, sicuti in statu aristocratico; an penes omnes sicut in statu populari. Primo casu sufficit tacitus Imperatoris consensus, qui resultat ex ipsius scientiâ & patientiâ: Altero verò & tertio casu subdistingendum, aut major pars saltem tacitè consentit, aut non: Si non, tunc etiam non introducitur consuetudo: Si verò adest tacitus Consensus, tunc utiq; inducitur, quia quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint *l. 19. ad municip. II.* Quæritur, an sufficiat tacitus populi Consensus in statutis admittendis, an verò requiratur expressus? Nos ad hanc quæstionem breviter ita respondendum credimus, quod requirantur verba ex parte consulentis & interrogantis, seu propositum facientis: Ex parte verò populi respondentis non requirantur verba Consensus, sed sufficiant signa Consensus: Respondens enim non est obstrictus usquequaque Consensum suum verbis declarare, uti apparet ex *l. servo invito. 65. §. si pupillo 3. ad SC. Trebel. §. præterea 5. in f. I. de Inutil. stipulat. juncto §. quoties. 18. l. eod. & l. consensus de O. & A.* Qualia autem esse debeant signa, ex quibus Consensus elicitur. *Vid. Mascard. conclus. 417.*

¶ §. V. In favorabilibus quoque tacitus Consensus sufficit: Hinc, si pater, qui scivit matrimonium à filiò contractum & non contradixit, censetur Consensisse in illud matrimonium, quia ex scientiâ & patientiâ oritur sufficiens tacitus Consensus, ne filius sine patris Consensu dicatur contraxisse matrimonium. *Petr. Anchor. consil. 21. n. II. & seq.* ita ex scientiâ & non contradictione elicitur Consensus *Paris. cons. 41. n. 27. lib. 4.* Idem dicendum.



1164.  
eendum de sponsalibus propter identitatem rationis. Multi  
præterea dantur actus & contractus, qui tacitò Consensu perficiuntur ex factò sine contradictione, de quibus peculiariter agemus infra in cap. 4.

### CAP. III.

DE

## CAUSA EFFICIENTE, MATERIALI, FORMALI & FINALI.

§. I.

**C**onsensus causa efficiens est voluntas: Sicuti enim omnis causa efficiens præstat effluxum in effectum, ita etiam voluntas, utpote quæ immediatè influit in Consensum. Nam quamprimum aliquid volumus, statim Consentimus. Quomodo autem & quâ ratione voluntas Consensum moveat, nostrum non est hîc loci inquirere: Siquidem facilè eò ipsò, dum in alienò fundò aliquid facere vellemus, novum opus nobis nunciari posset, quod ut evitemus, nos sententiam decisivam illis relinquimus, ad quorum forum hæc quæstio spectat.

§. II. Deveniemus ergò statim ad causam materialem, seu subjectum, quod est duplex: vel inhætionis vel tractationis. Subjectum inhætionis sunt homines, qui ut perfectè consentire possint, requiritur I. Non tantum voluntas, sed etiam intellectus, cum nihil ad voluntatem deducatur, quod non prius sibi benè cognitum atque perspectum habuerit intellectus. II. Exacta & accurata scientia & notitia illius rei seu negotii, cui accommodari debet Consensus, quippe qui non trahitur ad ignorata latentia & non cogitata, uti infra in hoc cap. videbimus. III. Ut Consentiens habeat facultatem alienandi *l. 255. de R. I.* Qui itaq; prædictis requisitis plenè ac planè sunt instructi, in iis Consensus suum sortitur effectum, & per consequens consentire possunt, adeò ut, licet consentiendo damnum incurrant, neq; de fraude, neque de dolò, neque de injuriâ conqueri possint, consentienti enim & scienti nihil horum infertur *l. quod autem. 6. §. præterea. 9. ff. quæ in fraud. credit. l. venditor. II. C. de rescind. vend. ibiq; Gothofr. l. nemo. 145. de R. I. l. cum donationis 34. C. de trans-*





*act. add. cap. quod semel placuit. de R. I. in 6to.* De mutis, surdis & cæcis nullum est dubium, quin Consensum negotiis adhibere possint, modò talia sint negotia, quæ pro conditione harum personarum non desiderant sermonem, auditum & visum, habent enim & hi debita Consensus requisita: Ubi enim sermone ad validitatem actus non est opus, solò Consensu actus perficitur *Bart. & Bald. ad l. si pater natura 29. de adopt.* Quod si autem unum tantum prædictorum requisitorum deficiat, statim quoque Consensum deficere dici potest.

§. III. Deficiunt verò dicta requisita vel naturaliter, vel moraliter seu civiliter. Naturaliter deficiunt in furiosis propriè talibus *l. emtionem 2. contrah. emt. vend. & Gothofr. ad h. l. Gothofr. punct. l. furiosi 40. de R. I. l. qui ad certum 14. ff. loc. cond. f. furiosus. 8. §. pupillus. 9. l. de mut. stip.* Cum itaque ad eos non porrigatur Consensus, certè nec extendetur, quod ex consensu sequitur, nimirum obligatio: Unde furiosus non potest obligari, nisi obligatio ex reipsâ, ubi scilicet Consensu non adedè est opus, veniat *Magnif. Dn. Struv. Ex. 6. th. 37.* Porrò nec contractus tam reales, quàm consensuales inire potest furiosus *l. in negotiis. 5. ff. de R. I. l. obligationes 1. §. furiosum 12. ff. de oblig. & act.* Quod si tamen eveniret, ut furiosus celebraret quendam contractum v. g. mutuum illudque daret, ex postfacto nempe per consumptionem b. f. factam ille contractus valet *l. si à furioso 12. ff. de R. C. sive suam, sive alienam dederit pecuniam d. l. 12.* Sin verò furiosus acceperit mutuum, tunc ille quoque obligatur, & adversus eum datur rei vindicatio & actio ad exhibendum & condictio, modò ex consumptione locupletior factus fuerit *arg. l. Apud Celsum 4. §. si quis 4. ff. de dol. mal. & met. except.* Sola enim consumptio hinc non conciliat mutuum. In quasi contractibus alia cum furioso rerum facies reperitur, in illis enim, cum non ex personæ Consensu, sed ex ipsa re obligatio nascatur, uti dicitur in *l. furiosus 46. ff. de oblig. & act.*, plerumque furiosus sine curatoris autoritate & activè & passivè obligatur *l. si à furioso 24. §. & qui. 3. d. t. d. l. 46. l. Ait Prætor. 3. §. & si furiosi 5. de N. G.* Id etenim generale est in nostro jure, quod ea, quæ in rem fiunt, non in personam, si cum furioso facta fuerint, teneant *l. operis novi 10. l. cuilibet 11. ff. de N. O. N. Vid. Frommann. in tr. eleg. de jure furios.*



§. IV. Huic furioso rectè assimilatur ebrius *l. si quis. unic. C. si quis Imperat. maled.*, in quò neque manus, neque pedes suò fungi possunt officio, & propterea usu rationis privatus videtur, ille enim licet in actu primò habeat intellectum & voluntatem tanquam essentialia consensûs propria, illis tamen destitutus est in actu secundò, unde meritò Consensus & per consequens obligatio illi denegatur. Quæ enim ab ebriò committuntur, non fiunt ex animò deliberatò, aut ex propositò *l. perspicendum 11. §. delinquitur. 2. ff. de pœn. l. illud relatam. 3. §. 1. ff. de Injur.* Siquidem ebrietas dementat & vertit sensum. Exinde fluit, quod ebrius propter Consensus defectum matrimonium contrahere non possit *Socin. cons. 47. Volum. 3. Arum. Exerc. 12. rh. 8.* neque etiam propter defectum Consensûs in testamèntò testis adhiberi, cum nemo dicat testimonium, nisi jejunos *cap. 1. & ibi gloss. in verb. jejunos. X. de testib.* multò minus testamentum facere, & quod si fecit, nullum est.

§. V. Moraliter deficiunt prædicta Consensûs requisita (1.) in iis, quibus bonis est interdictum: unde hi sine Curatoris autoritate & Consensu sese obligando aliis ne quidem naturaliter obstringuntur, sed hætenus furiosis æquiparantur *l. furiosi. 40. de R. l. l. Fulcinius. 7. §. adeo. ver. idem, de prodigo. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Reusner. de testam. p. 12. cap. II. n. 10. Carpz. p. 2. constit. 6. def. 9. n. 3. obst. l. 25. de fidejuss. ad quem textum Resp. Magnif. Dn. Struv. in dictatis ad Ex. 6. rh. 38.* quod præsupponendi sint casus habiles, quando nimirum ex re venit obligatio v. g. si quis negotia prodigi gesserit, tunc utique prodigus obligatur *add. rh. 37. & l. si à reo. 70. §. si à furioso 4. in f. verb. pro furioso jure obligatur. eod. tit. de fidej.* (2.) In infantibus *l. jubemus 5. C. de emancip. liber. & ad illam Gothofr. lit. P.* In hosce enim itidem intellectus & voluntas se nondum exerunt: Unde infans seu septennio minor nec se naturaliter, nec alium sibi civiliter obligat, ne quidem cum patris autoritate. *§. sed quod. 10. Inst. de Inutil. stipul. & ad illum §. Pac. junctâ l. quoniam 1. verb. quia etas eorum, quid videat, ignorat. C. de fals. monet.* Cum tutoris autem autoritate alium sibi civiliter obligat. *Pac. d. l.* Ubi simul ratio diversitatis adjungitur, quare nimirum ejusmodi infantes cum patris autoritate sibi alium civiliter obligare non possint, cum tuto-

lis  
re  
m  
a-  
ne  
ci-  
u-  
m  
el  
o-  
o-  
e-  
r-  
i-  
si  
o-  
a-  
e-  
t.  
a-  
n-  
ff.  
in  
&  
&  
g.  
e-  
i-  
m  
ti  
fi-  
e-  
de  
in  
nt  
g.  
v.





1167

tutoris verò authoritate possint. Infantia proximus alium quidem sibi civiliter *d. §. 10. verb. sed in . proximis*, seipsum autem ne naturaliter quidem obligat *d. §. 9. non obst. l. in sponsalibus. 14. ff. de sponsalib.* quippe cum non intelligat, quibus, quando & quantum dare oporteat, & ubi honestum sit, aliosque modos qui donationem rectam consequuntur, non attendat: quæ omnia tamen ab homine liberali exiguntur *Arist. 4. Ethic. Nicom. c. 1.* Pubertati autem proximus, quippe in quò est perfectior Consensus, sibi alium civiliter obligat, se verò tantum naturaliter, nisi dolum commiserit, aut locupletior factus sit, tunc etiam sine curatoris Consensu civiliter adstringitur. Quid (3.) de minoribus sentiendum jam jam patebit. In hisce cum deficiat accurata scientia & notitia illius rei seu negotii, cui accommodari debet Consensus, rectè statuitur, quod non semper Consentire possint, interim tamen citius quàm jam jam nominati obligari possunt. Ut autem aliquid certi statuamus, sic sentiendum de his: aut acceperunt curatores, aut non. Priori casu non possunt absque curatorum Consensu se aliis obligare civiliter. Posteriori casu, si scilicet non acceperint curatores, eò, quod res suas ipsimet administrare vellent, obligantur quidem ex inita conventionem, sed si læsi fuerint, restitutionem in integrum impetrare queunt. Hinc minor, cujus fundus sine decretò est alienatus, si factus sit major, nec Consentiat in obligationem, potest adversus lapsum temporis in integrum restitui. Si verò post minorennitatem consentiat in talem obligationem, tunc illam corroborat *arg. l. si in rem 7. C. in alien. res pign. dat. sit. nec habet tali casu minor, de quo conqueri possit, cum nempe quisque Consensu suo sua jura perdat Carpz. part. 2. Const. 49. def. 6. 2. ibiq. allegata. & aliena fortificet Bald. l. 2. C. de remiss. pignor.*

§. VI. Ad dictas personas, in quibus scilicet moraliter deficit Consensus, referri possunt fermè mulieres, quæ quidem jure civili mandare, & mandata suscipere non prohibentur *arg. l. sed & 7. §. pari. 1. ff. de Instit. act. modò pro aliis non intercedant l. 7. SC. Velles. nec virile officium suscipiant l. 2. de R. 1.* Moribus tamen procuratorem constituere non possunt, adeò ut nec maritis sine Consensu curatoris litem mandare queant *Carpz. l. p. For. part. 1. Const. 1. def. 32.* Quibus consequens est, quod nec  
contra



1168.

contractum sine solennitate statuti initum Consensu suo sola ratum habere possint. *Dn. Wibel. de contract. mulier. c. 3. §. 2. n. 65.* Quod si verò curator solus, absente eâ contraheret, vel aliud // negotium gereret, non dubitandum, quin contractus ita initus, solò mulieris consensu subsecutò, subsistat. Quemadmodum secundum hanc sententiam pronunciâsse Scabinos Jenenses, eamque secutos esse Jctos Wittebergenses ex *Hartm. Pistor. Obs. 115. n. 6. & seqq. refert Matth. Berlibc. p. 1. decis. 148. in præjudiciò ibid. n. 16.* hisce verbis adductò: Ob nun wohl Euer Weib bey der Vergleichung persönlich nicht gewesen / sondern der Kriegerische Vormund / ehe er sich mit ihr davon unterredet / solche vor sich allein getroffen. Dennoch aber und dieweil euer Weib solche Vergleichung unterschrieben / etlich Geld von ihrer Stiefmutter durch euch als ihren Ehemann darauf empfangen / und neben euch quittiret / etc. So mag dieselbe nunmehr vor uncräftig nicht gehalten werden **B. R. W.**

§. VII. Hactenus actum de iis, quinam Consentire possunt, quinam non, tam naturaliter, quam civiliter. Jam progrediendum ad eos, qui quidem & naturaliter & moraliter seu civiliter consentire possunt, sed propter impedimenta, quæ iis objiciuntur, consentire prohibentur. Horum impedimentorum I. est IGNORANTIA. Suprà in §. 2. h. c. diximus, quod ad consensum interponendum requiratur exacta scientia: Hæc scientia excluditur ab ignorantia, quæ facit, ut Consensus plane nihil operari possit, ignoti enim nulla cupido, & qui ignorat, ne quidem tacite consentire videtur *l. 55. de Edil. edict. Carpz. 1p. F. p. 2. II. def. 30. n. 10.* imò qui ignorat, nihil agit, neque Consentit *Tusch. conclus. pract. 17.* Unde, si quis concedit vel vendit alicui castrum, ignorans illi castro adhærere Ictionem, non veniet simul Ictio, nec obligatur vendens ad eam tradendam. *Paris. Consil. 20. n. 61. & seq. lib. 1.* Eodem modò ille non obligatur, qui pro aliò promisit cautionem rati, ignorans principalem suum non esse obligatum. *Socin. Consil. 159. n. 29. & seq.*

§. VIII. Ignorans, uti jam jam dictum est, cum plane Consentire non possit, multò minus acceptare vel ratificare poterit *l. nec ignorans. 10. C. de donat. Bart. in l. qua dotu. n. 20. ff. solut. matrim. Socin. cons. 159. n. 31. lib. 2.* Unde ignorans defectum

B

alicu-





1169.

alicujus actus non potest dici illum approbare. *Alex. conf. 135. col. 1. circa med. n. 1. vers. & similiter lib. 7. nec remittere aliquid potest. l. mater. 19. C. de inoff. testam. Gail. lib. 2. Obs. 139. n. 5. Quinimò, uti nec donare ignorans intelligitur. d. l. ignorans. Bart. in l. Aurelius §. 1. de libert. leg. ita nec renunciare ei juri potest, quod sibi errore quodam competere ignorat, uti argumentatur Bart. in l. si de certà. n. 4. C. de transact. Wesemb. 2. conf. 74. n. 62. id quod etiam dici potest de dubitante, quia æquiparantur. Jas. in l. nec in. §. hæres. n. 10. verb. amplia. l. manifestissimi. 72. §. sin autem: nescius 2. C. de furt. Cravet. conf. 8. n. 10.*

§. IX. Consensus quoque non trahitur ad futura incognita, ideo (1.) si quis vendidit fundum, & sibi reservavit lapidicinas, tunc non intelliguntur eæ, quæ post contractum inventæ sunt l. in lege fundi. 77. ff. de contrab. emt. (2.) Si quis liberet v. g. Titium de omnibus generaliter, postea adeat vel acquirat hæreditatem, non censetur liberasse ex jure hæreditatis postea quæsito *Dyn. conf. 28. hoc ampliatur & extenditur ad ultimam voluntatem: hinc legans, quicquid est creditum legatario, intelligitur de eò, quod est, vel esse potest tempore legati, non de eò, quod postea contigit, vel de eò, quod legans tunc non potuit scire. Fulgos. conf. 37. item ad renunciationem l. tres fratres 35. ff. de pact. Socin. consil. 103. col. 2. lib. 3. & conf. 25. col. pen. lib. 4. (ubi enim deficit consensus, ibi quoque actus ille est erroneus l. mater decedens. 19. ff. de inoff. testam. l. si per errorem. ff. de Jurisd.) ut & ad transactionem l. cum Aquilianas. ff. de transact.*

§. X. Illa autem ignorantia, de quâ hæctenus actum, non debet esse supina l. et si consensus 15. §. ignorantia 1. ff. de contrab. emt. aliàs enim locum invenit communis illa maxima: paria sunt scire & supinè ignorare, quippe talis supina ignorantia regulariter pro scientiâ habetur d. l. 15. §. 1. l. nec supina 6. f. de juris & fact. ignor. Dn. Carpz. p. 2. constit. 50. defn. 3. n. 5. Est autem supina & crassa ignorantia, si quis in factò publicò ignorantiam prætendat: nam talis ignorantia non excusat, quia in iis, quæ publicè nota sunt, scientia præsumitur, veluti in edictis publicè propositis, in hisce enim non est necesse singulos convocare & contenta edictorum omnium auribus inculcare *Gail. 2. Obs. 48. n. 16. & seqq.*

§. XI.



§. XI. II. Consensus impedimentum est ERROR, nam qui errant, non Consentunt, *l. si per errorem 15. ff. de iurisd. l. consensisse 2. de iudic. l. 8. 9. C. de iur. & fact. ignor. (non obst. l. 1. §. si legatarius. 11. ff. ad l. Falcid. quorum textuum conciliationem vid. apud Magnif. Dn. Scruv. in dictatis ad d. l. 15.)* Siquidem error excludit Consensum *l. sed & si. 4. §. item queritur. ult. ff. si quis caur. d. l. 15. de iurisd. l. si procurator meus. 35. ff. de A. R. D. l. non idcirco. 9. C. de iur. & fact. ignor. surd. cons. 28. n. 122. & errantis nullus est Consensus & voluntas. Menoch. cons. 279. n. 20.* Quinimò error Consensum abesse facit ab actu, ita ut nihil in eò actu operari possit iuramentum. *Roland. consil. 13. n. 22. vol. 1. Unde etiam, qui errat, non dicitur fateri. l. non fateatur. 2. ff. de confess.*

§. XII. III. Impedit Consensum DOLUS, qui glaucoma, intellectui & voluntati hominum obicit, eosque præter omnem spem à verâ, in aliam deducit viam, quam nunquam, si dolus abfuisset, pressisset. Hinc dolò persuasus non censetur Consentire. *Magnif. Dn. Richt. Scius & Antecessor in hac almâ Salanâ famigeratissimus Doctor atq; Promotor meus Magnus, Com. Palat. Cæs. Collegii iuridici ordinarius gravissimus, & h. t. Rector Magnificus. in Centur. Reg. 21. n. 13.* quia dolus Consensum excludit ab eâ dispositione, ad quam quis dolò fuit inductus *l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo cap. quamvis. 2. de pact. in 6. cap. cum contingat 28. X. de iurej. Carpz. p. 2. Jurisp. forens. Const. 35. def. 2. n. 5.* Unde, si ab alterutrâ contrahentium parte dolus interveniat, annihilatur contractus, eò volente, qui deceptus est *Dn. Carpz. p. 2. const. 34. def. 9.* Secus cum dolus tantummodò in contractum ex re incidisset, atque emerfisset, ut: si divideretur res, & ego ex divisione lædar enormiter, vel si quis deciperetur in pretiò, ubi scilicet rem aliàs carius distrahere potuisset. Ejusmodi dolus non evertet contractum, nec considerabitur *l. quousque 15. l. si voluntate §. C. de resc. vend. quia licet contrahentibus se invicem decipere l. in causa 16. §. pen. ff. de minor. l. 2. C. de furt.*

§. XIII. Quid IV. de METU dicendum, facile constat, ille enim utut non ipsam voluntatem & Consensum, sed libertatem voluntatis tantum impedit; *l. 116. de R. I. & ad illam Nobiliss. Dn. Eich. p. m. 270.* nihilominus tamen in metu agentibus Consensus nihil operatur, verum, si quid actum est, restitutionem parit *t. t.*





*ff. q. m. c.* Nec quicquam sub cœlo magis contrarium Consensui esse videtur, quàm metus *l. nihil consensui 116. ff. de R. l. ideoque dicitur, quod metus sit trepidatio mentis periculi instantis, vel futuri tollens libertatem Consil. Arg. 1. cons. 41. n. 19. & 20. & animum perturbans Angel. in l. item si cum 14. §. satis enim. vers. nota quod metus ff. q. m. c.* Quinimò metus magis adversatur voluntati, quàm ignorantia dolus & error. Nam metus cogit nos, ut scientes id appetamus, ad quod non adigeremur, si extra illum essemus constituti. Ignorantia verò, error & dolus nos ignorantes tantùm eò deducunt, & sic magis afficimur, si scientes, quàm si ignorantes ad aliquid committendum cogimur. Plura vid. apud laudatam Eich. cit. loc. Unde Prætor tanquam custos æquitatis eam obligationem non habet ratam, quæ metu extorta est, verùm restitutionem in integrum pollicetur ei, qui hòc nomine in captionem incidit, uti videre est *in l. 1. 2. de integr. rest.* In totum tamen non excludit Consensum metus, nec actum ex illo Consensu dependentem ipsò jure vitiat, eò quod coacta voluntas etiam sit voluntas *l. si mulier. 21. §. si metu coactus 5. ff. q. m. c. ibique Glos. in verbo volui & Panorm. an Cap. Abbas 1. eod.* sed actio ad rescindendum datur metu nimirum probatò *l. 9. §. 3. q. m. c.*

§. XIV. Quamvis regulariter nemo, uti ex prædictis patet, ad Consensum interponendum cogi possit, dantur tamen casus, qui ad Consensum dandum aliquem compelli posse suadent. Sic I. cogitur pater, si ex nullâ planè ratione nolit Consensum dare in nuptias filix annum 25. excedentis. II. Dominus, qui in servum suum gravissimè lævit, nec tamen in istius servi alienationem consentire cupit §. *sed hoc 2. l. de his qui sunt sui vel al. jur.* III. Dardanarii, qui alienationi frumentorum consentire nolunt, aut recusant, itidem compelli possunt, ita ut æquò pretiò solutò frumenta distrahant, distractionique Consentiant, ne, dum illa frumenta supprimunt aut uberiores inde proventus expectant, annona magis ingravescat & populus fame laboret *l. 2. ut nem. lic. in emt. spec. se excus. lib. 10.* Magistratus autem hâc coactione tum demum utatur, ubi Resp. summâ rerum penuriâ atque inopiâ laborat.

§. XV. Pertractatò subjectò inhesionis, videndum nunc subje-



172

subjectum tractationis seu objectum, quod sunt vel res, vel facta seu negotia. Prius dispiciendum nobis erit de rebus, quibusnam scilicet rebus Consensus accommodari possit, quibusnam non. Ut autem Consensus rebus rectè accommodetur, requiritur I. ut res sint in patrimonio, cum enim per Consensum plerumque ad rerum dominia transferenda obligemur, uti patebit *ex c. 4. de effectu consensus*, necessariò quoque requiritur, ut res per consensum in obligationem deducendæ sint in patrimonio, hinc generalem constituimus regulam, **QUOD NIMIRUM OMNIBUS IIS REBUS, QUAE CUM EFFECTU POSSUNT ALIENARI, CONSENSUS QUOQUE POSSIT ACCOMMODARI**: hæc regula, cum non facile in dubium vocari possit, non opus habet, ut multis exemplis illustretur. E contrariò etiam facile liquet, in res sacras, religiosas, &c. quoniam non sunt alienationi obnoxia. §. 7. §. 1. *de R. D. junctò §. 6. eod.* Consensum nostrum dari non posse, ita ut cum effectu alienentur, nisi summæ necessitatis tempore, utpote quò permittitur ejusmodi res alienare, inque illarum alienationem consentire. *Caus. XII. q. 2. c. aurum. 70. verb. vasa Ecclesie etiam iniuncta confringere, conflare, vendere licet. Recess. Imper. Spir. de anno 1542. & 1544. §. Aber die Kirchen ibi: Die Kirchen Kleinodien und Gezierde sollen zu einem Schatz der Christenheit wo man es zu einer eilenden nothwendigen Hülffe bedürffen würde gespartet und erhalten werden.*

§. XVI. Liber homo propter supra dictam rationem regulariter etiam alienari prohibetur, sed meritò ab hæc regulâ excipitur summæ necessitatis casus, quò possunt parentes partum sanguinolentum seu recens natum, quem ipsi cum summâ paupertate & egestate confictari vident, nec tamen alere possunt, vendere, ne scil. infans fame pereat, sed victus ei præbeatur ab emptore. *V. Magnif. Dn. Str. Ex. 22. th. 28.* qui simul adjungit, quid circa hanc rem hodiè obtinet. Idem sentiendum de rebus peremptis, in quas si Consensus datur, nihil ille convalidat, *l. si consensus 15. de contrah. emt. Jason ad l. quod te. §. n. 12. si cert. per.* non enim nulla prædicatio & nullus Consensus. Circa res furtivas in emtionem venditionem deductas distinguimus, aut ambo contrahentes studio Consentunt in rerum furtivarum alienationem



nem, aut verò unus tantum eorum, priori casu, nihil efficit Consensus, posteriori casu subdistingendum, aut emtor solus scivit, & sic non obligabitur venditor: nec tamen ex vendito quicquam consequitur, nisi utrò, quod convenerit, præstet aut venditor solus scivit, emtor ignoravit, utrinque obligatio contrahitur, *l. si in emtione. 34. §. item si. 3. de contrah. emt. non obst l. 57. §. 1. eod V. Magnif. Dn. Struv. in prælect. priv. ad l. 34. §. 3. ubi dicit, quod in casu d. l. 57. §. 1. agatur de re venditâ planè non extante, ideoque emtio venditio non valet. In casu verò d. l. 34. §. 3. agatur de re venditâ extante, licet furtivâ.*

§. XVII. Non autem sufficit, quod res sint in patrimonio, sed II. requiritur, ut res sint alienabiles & tradi possint. Nam ut res sunt in patrimonio, non tamen exinde statim sequitur, ergò alienari queunt; potest enim aliud adhuc impedimentum à jure civili dependens subesse: Sic quamvis res filii emancipati à patre donatæ (*in se si considerentur*) sint in patrimonio, nihilominus tamen propter singularem juris civilis rationem alienari prohibentur, aded ut ne quidem Consentiente filio alienatio à patre facta valeat, *l. si in te. 2. C. si advers. donat. non obstante, quod hoc modò filius videatur impugnare factum patris, quia tali casu pater non tenetur ad evictionem rei Consentiente filio donatæ, Dn. Brunneum. ad d. l. 2. C. si advers. donat. Eadem fermè illarum rerum facies est, quæ durante necessitate alienari non possunt; nam quamvis unusquisque rerum suarum moderator sit & arbiter, nihilominus tamen ingravescente annonæ caritate non potest exteris alienare, quæ ad victum quotidianum habentur necessaria, etiamsi habeat singulare aliquod privilegium evhendi: publica enim utilitas cuilibet privilegio privatorum est præferenda, quinimò publicæ necessitatis tempore omnia privilegia silent. Optimè hûc quadrat, quod Cicero lib. 1. offic. suadet, nimirum, ut eum citius juvare debeamus, qui nobis propiori gradu est junctus, quàm eum, qui minus. Jam autem, ut idem Cic. d. l. ait, propior gradus est ejusdem esse civitatis, quàm ejusdem gentis. Plura quæ alienari prohibentur, *V. ap. Magnif. Dn. Struv. § 1. C. Ex. 23. th. 28. 29. & ejusdem Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 8.**

§. XVIII. Nihil autem refert, an res illæ in patrimonio constitutæ



tutæ sint allodiales, an feudales Nō enim sufficit, quod res in feudum dandæ sint in patrimonio, sed insuper requiritur, ut dominus habeat facultatē tradendi. Unde si dominus semel alicui concessit feudum, illud non potest absq; causā adimere vasallo & alii concedere, 11. Feud. 55. vers. præterea §. 2. imò nec in illud remotiorem aut extraneum, ad quem successionis jus non pertinet, investire, nisi agnatus proximus, qui habet spem & jus succedendi, Consentiat, 1. Feud. 5. §. præterea si ille ad quem 1. II. Feud. 39. pr. Vasallus quoq; non potest feudum alienare in filiam non Consentientibus agnatis proximis, etiamsi dominus vel agnati remotiores Consentiant, eod. text. & ibi Gothofr. An autem Consensus agnati propinquioris hæredem obliget, si Consentiens in alienationem feudi hæreditarii ut hæredem se obligarit, vid. Rosenth. in tract. feud. c. 9. conclus. 79. n. 10. 13. De rebus Ecclesiasticis quid sentiendum facile constat, quippe cum & illæ sint in patrimonio vel dominiō Ecclesiæ, monasterii aliorumque piorum locorum seu collegiorum ad pios usus fundatorum, Magnif. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Feud. capi. 6. aph. 4. ideoque rectè alienari & per consequens in feudum dari possunt; vid. sæpè laudatus Dn Struv. cit. loc. n. 1. Ut verò feudum in rebus hisce infeudari non solitis legitimè constituatur, requiritur (1) antecedens deliberatio & causæ cognitio, (justa autem causa est, si e. g. ære alienō sit gravata Ecclesia, nec habeat res mobiles unde solvat: item si opus habeat defensore vel aliō modō infeudatio sit Ecclesiæ proficua, Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. c. 52. q. 2. XII.) (2) Episcopi, aliusve Prælati autoritas & denique (3) requiritur Capituli Consensus. Interdum tamen non sufficit Consensus Capituli & abbatis, imprimis in infeudatione rerum monasterii, utpote in quibus Episcopi, cui monasterium subest, Consensu opus est, c. 41. q. 2. XII Magnif. Dn. Struv. S. J. F. d. l. nec requiritur in subfeudi constitutione Consensus domini & agnatorum; quippe cum per subinfeudationem domino & agnatis nihil præjudicetur, uti tradit sæpissimè allegat. Magnif. Dn. Struv. S. J. F. c. 8. aph. 8.

§. XIX De rebus publicis seu Imperii nostri Romanō-Germanici quæritur, An Imperator jura & bona Imperii sine Statuum Consensu alienare possit? Alii affirmant, sed cum hâc limitatione

Q.





hone seu restrictione, si scil. summa necessitas hoc efflagitet. Alii simpliciter negant, quibus & nos assurgimus innitentes verbis capitulationis Gloriosissimi Imperatoris hodierni Leopoldi I. art. 12. Zu dem und insonderheit sollen und wollen Wir dem H. R. d. m. Reich und desselben Zugehörungen nicht alleine ohne Wissen/Willen und Zulassen gemeldeter Churfürsten sambtlich nichts hingeben/verschreiben/verpfänden/versetzen/noch in andere Wege verwüsten oder beschweren / Fufius hanc quæstionem tractantem, vid. elegantissimè conscriptam disputationem de Facultate utendi rebus alterius in casu urgentissima necessitatis sub presidio Magnif. Viri Dn. Struvii habitam th. 19. Hæc generali quæstione decisâ, facile patet, quid de sequenti quæstione sentiendum, an nimirum princeps aut civitas partem aliquam civitatis de patrimonio regni oppignorare possit, ut summæ necessitati Reipubl. consulatur? quod itidem negandum: De quo enim negatur genus, de eò quoque negatur species sub eodem genere contenta. Sic qui non potest alienare, ille quoque nec oppignorare potest, quia oppignoratio continetur sub alienatione, tanquam species sub suo genere. vid. Magnif. Dn. Carpzov. de L. Reg. Germ. c. 7, sect. 2. n. 1. Hug. Grot. de I. B. & P. lib. 2, c. 6. §. 9. p. 171. & seq.

§. XX. Hactenus dictum de uno objecti membrò, jam considerandum nobis est alterum, nimirum actus seu facta. Quoniam autem angustia pagellarum, intra quam nos coarctavimus, non admittit, ut aliquò modò longi simus in explicandò hòc alterò Consensùs objectò, ideoque paucis illud delineasse sufficiet. Actus seu facta sive sint publica, sive privata, debent esse honesta & possibilis: Si enim actus seu facta, super quibus interponitur Consensus, sint ipsò jure nulla, Consensus & omni caret effectu, l. si debitor. 4. §. bellè queritur. 2. ff. q. m. p. s. arg. l. si te. 1. C. de remission. pign. Rol. à Valle cons. 2. vol. 1. n. 142. Peck. de testam. conjug. c. 30. n. 5. lib. 1. Rauchb. quest. jur. civil. & Sax. p. 1. q. 45. n. 16. quod fit, cum is, qui Consentit, auctoritatem præstando actui, ipsemet obligari non solet. l. cum quadam. 26. C. administ. Int. Hartm. Pistor. 2. quest. 27. n. 15. Unde curator mulieris consentiendo curandæ suæ sibi non præjudicat Dn. Carpz. jurup. for. p. 2. cons. 15. 34. Nec obst. l. si exheredatus 32. de inoffic. testam. Distinguendum enim est, aut quis facit aliquid sponte, aut verò ratione officii:  
priori



1176.  
priori casu potest sibi quis præjudicare *d. l. 32.* Posteriori verò casu non item. Et sic advocatus quoque sibi consentiendo non præjudicat, modò advocatio seu patrocinium alicujus causæ ipsi verè invito à superiori mandetur: nec tutor, qui ex necessitate officii tenetur utilia, quæ pupillo sunt, providere, sibi præjudicat. *Dn. Brunn. ad l. cum quidem 26. C. de admin. str. tut.*

§. XXI. Pertractatâ causâ materiali, nos servatò ordine **Causa** accingamus oportet ad causam formalem. **formalis.** Causa formalis seu potius ratio formalis, quâ ab aliis distingitur, in eò potissimum consistit, nimirum, quod Consensus vel factum præcedat, vel concomitetur, vel subsequatur. Quò positò deprehendimus Consensum differre ab autoritatis præstatione, mandatò & rati habitione tanquam genus à suis speciebus. **AUTORITATIS ENIM PRÆSTATIO** ipsum factum tantum concomitatur. Unde autoritate à tutore interpositâ, negotium non subsistit retrò, sed demùm à tempore autoritatis præstitæ. Quicquid enim ante eam factum est, illud nullius est roboris, *l. pupillus 5. §. pupillus 1. de autor. tut.* Et consequenter nec in id Consentire & ratificare tenetur tutor. Verum hoc in consensu nostrò aliter se habere manifestum est. **MANDATUM** respicit tantum negotia gerenda seu futura *l. 12. §. 14. ff. mandat.* Unde mandatum præcedere debet, vel certè actu nondum perfectò supervenire, quia tunc concurrens domini voluntas negotium determinare potest. Nam si absolutum jam esset negotium, frustra interpone retur mandatum, illud enim actionem semel nata in transmutare non potest. **RATI HABITIO** semper respicit negotium gestum, nunquam verò gerendum; Est enim rati habitio actus, quò negotia nostrò nomine sine mandatò gesta, per *subsecutam* approbationem retrò firma reddimus: Hinc patet, quod rati habitio semper factum subsequatur. *Gothofr. ad l. 16. §. 1. ff. de pignor. lit. O.*

§. XXII. Causam finalem quod attinet, est illa confirmatio & perfectio rerum gestarum vel gerendarum. Eum enim **Causa** finalis in finem Consensum interponimus, ut negotia, quibus accommodatur Consensus, confirmantur ac **perficiantur.**

C

CAP.





EFFECTU CONSENSUS RA-  
TIONE CONTRACTUUM  
CONSIDERATO.

## S. I.

Consensus hōc in locō duplici modō considerari potest, (1.) consummative, (2.) inchoative. Consummative, quatenus Consensus eō quasi momentō, quō intercedit, actum aliquem v. g. contractum consummat atque perficit, uti videre est in contractibus Consensualibus, quorum primus est EMTIO VENDITIO, de cujus substantiā est Consensus *l. 2. de contrah. emt.* Sicuti enim de omnium contractuum, ita & de emtionis substantiā est conventio seu Consensus *l. 1. §. 3. ff. de pact.* qui omnia conciliat *l. in venditionu 9. ff. de contrah. emt. d. l. 2. C. eod.* Hōc Consensu semel interpositō non licet à contractu recedere, sed omnia, quæ in contractum sunt deducta servari debent. *c. quod semel placuit. de R. 7. in 6. d. l. 1. ff. de pact.* Id quod obtinet non tantum in expressō, sed etiam in tacitō Consensu, quando nimirum aliquis in venditionem rei suæ per alium factam pretium accipiendo Consentit *l. quidam ex parte. 12. & ibi gloss. in vers. dissenserunt & Bart. ff. de evict.* Quod si eveniat, ut aliquis habeat jus præ alio emendi, ut in pacto in diem additionis, tunc illius Consensus quoque in alienatione alteri faciendā requiritur *l. in diem 1. & ibi Bart. ff. de in diem addict.* Proinde venditor debet primum emtorem certiore facere, ut, si secundus quid adjiciat, & ipse adjicere possit *l. necesse 8. d. t. Scot. disput. 36. th. 24.*

S. II. Non autem sufficit, quod una contrahentium pars Consentiat, sed utriusque partis Consensus necessario requiritur *l. 2. C. de contrah. emt.* In mercem autem & in pretium contrahentes Consentiant necesse est: quippe cum si circa alterum eorum dissensus sit, aut error, emtio venditio nulla est, *l. in venditionibus 9. ff. eod. Fabian. de monte in 17. de emt.* De hisce autem duobus solummodō, nimirum merce &



1178  
ce & pretiō, si Consensus interponitur, emtio venditio, perfecta est, & statim venditori actio datur ad pretium petendum, etiam re nondum traditā. *Dec. cons. 299. n. 1. lib. 2. add. Magnif. Dn. Struv. Ex. th. 21.* modō Consensus purē cum effectu est interpositus; Si enim (1.) sub conditione Consensus contractui emtionis venditionis est adhibitus, tunc non statim oritur obligatio & per consequens nec actio, sed differtur illa in aliquem casum futurum, ita ut deficiente conditione contractus retrō sit nullus, seu perinde habeatur, quasi non intercesserit *l. si quis. 37. in f. ff. de contrah. emt.* ea autem existente perfecta sit emtio, & perinde habeatur, ac si ab initiō Consensus contractui purē esset adhibitus *l. hæc venditio 7. pr. ff. eod. arg. l. 213. de V. S. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. th. 24.* Interim tamen pendente conditione non licet pœnitere, sed conditio, sub quā Consensus est expressus, est exspectanda. (2.) Si Consensus quidem purē est interpositus, sed contractum tum demum valere debere inter se Consenserunt contrahentes, cum est in scripturam redactus: tali casu licet purē Consenserint contrahentes, possunt nihilominus à contractu recedere.

§. III. LOCATIO CONDUCTIO itidem est contractus Consensualis, & Consensu semel ritē ac rectē interpositō, obligantur sibi invicem locator actione locati & conductor actione conducti, ad illa omnia præstanda, quæ contractus locationis requirit, quæque eidem sunt inserta, sive illa sint regularia, sive irregularia v. g. casus fortuiti præstatio, quam conductor regulariter in re conductā præstare non tenetur, modō faciat consueta, & quæ diligens faceret. Si enim hæc non facit, incurrit in culpam, & ita in Collegiō Juridicō Jenensi *Magnif. Dn. Richt. ad requisitionem Ditten und Christian Gebrüdere von der Malsburg mense Martii anno 1627. decisum fuisse meminisse*, cuius sententiæ verba hîc ut adjiciantur, operæ pretium ducimus: *Ihr seyd dem conductori der Kriegsburchzügen und Einquartierungen halber/ so viel den von ihm verursacheten Schaden anlanget/ evictionem zu leisten und zu gewehren unverbunden / und dieweiln dem conductori gebühret / den geschlossenen contract zu halten / und sich hierinne n/ als einen diligentem patremf. zu erzeigen / ist er*  
C 2 bey



ben solchen Zustande nicht befugt gewesen/ ohne euer Einwilligung  
 von Pacht=contract abzustehen/ die zur Abwendung der Einquar-  
 tierung dienliche Mittel hintanzusehen / und euch den Schaden  
 heutzuweisen / sondern demnach er die Feldfrüchte lang und fast  
 ein halb Jahr eingesamlet / und in seine Eigenschafft gebracht /  
 welche er beneben der im inventariò um einen gewissen Werth zu-  
 geschlagenen Fahrniß aufs beste bewahren / an sichere Orter ver-  
 schaffen / und nicht aufs letzte damit verzichten / sondern sich nach  
 der benachbarten Exempel / die da ben Zeiten / ehe sie die Einquar-  
 tierung begriffen / das ihrige an gewahrsame Orter abgeschicket /  
 richten sollen. So ist er den aus seiner Fahr- und Nachlässigkeit  
 erlittenen Schaden ohne Nachlassung der Verminderung des  
 Pachtgeldes bis zu der Zeit / da ihr das Pachtguth wieder einge-  
 nommen / über sich ganz und gar zu nehmen schuldig. Aber an  
 dem von Käiserl. Kriegsvolck zugesügten Schaden / welchen der  
 conductor nicht verhüten / noch abwenden können / ist derselbe nach  
 Anleitung des Pachtbrieffs die Helffte am betragten Pachtgelde in-  
 nen zu behalten berechtiget.

§. IV. Quemadmodum autem in emtione venditione  
 contrahentes Consentunt de re & pretiò, ita etiam in contractu  
 hóc locationis conductionis itidem de verâ ac certâ vel per se  
 ex determinatione scil. contrahentium, vel per relationem fa-  
 ctâ mercede, §. *Et quæ* l. I. de loc. conduct. l. 25. pr. ff. eod. (quæ  
 in jure nostrò sæpè vocatur pretium, l. 28. §. 2. l. 51. §. 1. l. 58.  
 pr. loc. cond. l. f. §. f. ad L. Rhod. de jactu Vinn. ad §. 1. l. loc. at. cond.  
 n. 1. verb. pretio earum in nummis seu pecuniâ numeratâ vicissim dato:  
 Mastert. in var. irr. tit. de locat. q. 10. Mantio. de tacit. convent. lib.  
 5. t. 2. n. 25. & 35.) & rei usu concedendò, aut operâ personæ  
 præstandâ, opereve faciendò tantum Consentire debent. Circa  
 hæcce si Consensus ritè est requisitus & interpositus, neutra con-  
 trahentium pars ullam querimoniam movere, & alterâ parte in-  
 vitâ à contractu resilire potest l. 3. l. 15. C. loc. cond. l. 24. §. 2.  
 l. 27. §. 1. l. 55. §. f. ff. eod. sed præcisè secundum leges condu-  
 ctionis re conductâ uti debet; Nihil autem refert, sive ipse con-  
 ductor re conductâ utatur, sive alii locando illam concedat. Usu-  
 fructuarius quoque rem usufructuariam alteri absque domini  
 Con-



1180.  
Consensu rectè locare potest l. 9. §. 1. loc. cond. id quod etiam obtinet in vasallò, qui itidem sine domini Consensu feudum bonâ fide alteri locare potest II. Feud. 9. §. donare 2. idque non tantum ad modicum, sed etiam ad longum tempus arg. d. c. junct. l. 39. ff. loc. cond. & l. 10. C. eod. Finckelth. de Feud. Ex. 3. th. 15. potest enim vasallus etiam sine domini & agnatorum Consensu feudum suum per subinfeudationem alteri concedere. Magn. Dn. Struv. in S. 1. F. c. 6. aph. 8.

§. V. Affectet locationibus rerum tempus præfiniri, quò elapsò, si remaneat conductor in prædiò conductò, & locator id patiatur, tunc istiusmodi Consensu inita locatio conductio repetita & ipsò factò Consensus denuò expressus censetur, & pignora ab ipsò conductore obligata durant, & quidem in prædiis rusticis, ex quibus regulariter singulis demum annis fructus percipiuntur, quoad annum; licet prima locatio conductio ad lustrum fuerit contracta l. 13. §. f. ff. loc. concl. In urbanis verò, quorum quolibet tempore uniformis est usus, pro eò tempore, quò quis finitâ primâ locatione habitavit d. l. 13. §. f. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. c. 37. def. 9. Si verò prædia urbana sunt talia, ex quibus non uniformiter fructus singulis anni temporibus, sed v. g. nundinarum tantum tempore percipiuntur, tunc in his quoque ad annum tacitò Consensu reconductio facta censetur. Molin de J. & J. 11. 2. d. 498. n. 12. in f. In scriptis si certum tempus locationis comprehensum, ad illud ipsum reconductio tacitò Consensu inita habeatur l. 13. §. f. in f. loc. Dn. Carpz. p. 2. c. 37. def. 9. in f. Dn. Lauterb. Ictus consummatissimus in tract. Synopt. ad ff. tit. loc. cond. th. 3. Quod si verò nullum tempus est additum, locatio prædiorum rusticorum in annum; urbanorum verò & similiarum rerum, ut & operarum, tamdiu solum modò, quoad alteruter contrahentium renunciaret, itidem tacitò Consensu facta videtur arg. l. 13. §. f. ff. loc. cond. V. Mantie. de tac. & ambig. conv. lib. 5. tit. 4. n. 1. & seqq.

§. VI. Diximus supra, quod Consensu in locatione quidem rectè interpositò neutra contrahentium pars à contractu alterâ parte invitâ resilire possit, quod extenditur etiam ad eum casum, quando modicum damnum incurrit conductor: l. habitatores;

Vid. Joh. Balth.  
Wernheri Diss. in  
tit. Theop. Misel  
lance ex vario jure  
de sumto, th. VIII.  
cong. quoz. Dehaerf. Syn.  
off. lib. XIX. J. 2. n.  
10. 11. seqq.





*leges 27. ff. loc. conduct.* restringitur vero si à contractu recedendi  
 iustæ & legitimæ subsint causæ *d. l. ade 3. C. eod.* Iustas autem à  
 contractu recedendi causas recenset *Magnif. Dn. noster Struv. Ex.*  
*34. th. 12. & seqq.* quæ imprimis hæ sunt: I. Si merces intra bi-  
 ennium non soluta v. g. si locatio, in quinquennium pro certâ  
 mercede singulis annis solvenda, sit contracta & conductor in-  
 tra biennium, mercedem non solvat; etiamsi conventum sit, ne  
 ante quinquennium Conductor invitus expellatur *l. quero 54. §.*  
*inter locatorem 1. ff. loc. cond. l. 56. ff. loc. cond. c. 3. inf. X. eod.* II. Su-  
 perveniens locatoris indigentia, si scil. ipse, aut ejus hæres ob  
 supervenientem veram causam v. g. si filius ducit uxorem *Carpz.*  
*p. 2. Const. 37. def. 6. ibi.* diereit aber dennoch ihr euch verehliget /  
 adeò ut etiam scholaris invitus ob hanc causam ante tempus hy-  
 pocautum conductum relinquere debeat. *Harpr. ad §. ult. 1. loc.*  
*cond. Molin. tr. 2. disput. 499. n. 9.* III. Superveniens necessitas  
 rem locatam reficiendi, modò id aliter commode fieri non pos-  
 sit, quam conductore emigratò *l. 3. C. loc. cond. l. qui insulam 30.*  
*pr. ff. eod. c. pen. §. 1. X. eod.* IV. Abusus rei locatæ, si scil. condu-  
 ctor inquilinus vel colonus in re conductâ malè versetur. Re-  
 spectu conductoris iustæ à contractu recedendi causæ habentur  
*in l. 31. merces promissa 25. §. si vicino 2. ff. loc. Cond. l. 3. quod si 28.*  
*§. etiam 1. ff. eod. & ibi Gotthofr. Pant. Schm. 1. q. 13. n. 23.* ubi dicit,  
 quod, si domus peste sit infecta, licitum sit inquilino impunè  
 abire, & à contractu etiam non Consentiente locatore recedere  
 modò ad eum usque diem pensionem persolvat, quò abierit  
*l. habitatores 27. §. iterum 1. loc. cond.* & quidem adeò, ut etiam  
 peste cessante eam inhabitare non teneatur cum adhuc timor a-  
 liquis subesse videatur. Sæpe enim usu venire solet, ut in re,  
 vel ædibus, in quibus pestis grassata est, venenum se aliquanti-  
 sper vel in rimâ, vel in vestibus, vel aliis in rebus contineat, quod  
 iterum motum homines inficiat. Itaque compelli non pot-  
 est, ut invitus ad rem conductam eâque lue infectam redeat,  
 cum ob timorem migrare ei sit permissum, multò magis ut re-  
 deat, si adhuc justa causa timoris subsit, vel etiam quod res non  
 sit integra.



§. VII. Forma, quæ dat esse EMPHYTEUSIS, consistit in Consensu, qui si de ipsâ re in emphyteusin dandâ perfectè ac ritè initus est, statim oritur, obligatio: Scriptura enim non requiritur ad essentiam hujus contractûs emphyteuseos *Magnif. Dn. Struv. §. 7. C. Ex. 24. th. 31.* Obligatur autem dominus emphyteuseos ad rem tradendam, nec non ad quasi dominium, quod utile vocant, & in plenissimò usu consistit, concedendum. Emphyteuta siue emphyteuticarius adstringitur ad recognoscendum dominum & canonem debitò tempore solvendum, qui canon si est tantus, ut proportione fructibus respondeat, emphyteuticario subveniendum, & tam ob sterilitatem, quàm ob interitum partis rei minuendum arbitriò boni viri volunt. *Clar. §. emphyteusis. q. 8. n. 7. & seqq. Vinn. in d. §. inf. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 24. th. 31. 34. ibique dictata.* Quæri hîc potest an illa emphyteusis ab emphyteutâ alienari possit? *Resp. quod sic, modò justa causa adsit & Consensus domini l. cum dubitatur 3. ff. de jure emphyteutic. & Gothofr. ad illam l. 3. qui si vendentibus emphyteutis Consentiat, potest cautelam adhibere, ut protestetur se hoc facere salvò suò jure i. e. solatâ quinquagesimâ uti monet Sichard. ad. d. l. 3. C. de jure emphyteutic.* Verum licet hanc cautelam non adhibeat Dominus, nihilominus ipsi debetur laudemium, siue ab initio alienationi Consenserit, siue post contractum ab emphyteutâ factam alienationi Consenserit, emphyteutamq; approbaverit, quia in utroque casu novo acquirenti opus est novâ investiturâ, vel recognitione, pro quâ laudemium debetur *Magnif. Dn. Richt. decis. 83.*

§. VIII. SOCIETAS etiam initur Consensu de re & operâ conferenda *l. 5. §. 1. l. 29. pro soc. lucris & quæstus causâ:* In hoc contractu Consensus exprimitur vel verbis expressis *l. 4. eod.* vel ipsa rerum collatione ex proposito ineundi societatem. Ex tali Consensu oritur obligatio mutua sociorum utrinque directâ & principalis, ad I. conferenda bona II. ad collata bona bene administranda. III. ad communicationem post acquirentium secundum proportionem geometricam instituendam; in quam communicationem non imputantur illa, quæ unus sociorum loco dotis filie dedit, aut filio in sumtus studiorum impendit *arg. l. 52. §. 1.*



l. 52 §. f. pro soc. l. 73. §. 1. in f. eod. si modò socii specialiter omnium bonorum societatem inierint *Magnif. Du. Str. S. J. C. Ex. 22. th. 27. ibiq. dictata.* Quid aliàs circa tria jam jam dicta membra notandum, consulatur laudatus *Magnif. Du. Str. d. Ex. 22. th. 23. 24.*

Q. 25. Quaritur an socius extraneo possit vendere partem suam in sciò & sic non Consente sociò? Resp. quod sic, modò res non sit litigiosa & lis jam tum super illà contestata. Sed contra emtorem extraneum datur actio communi dividundo, ita ut, si res commodè dividi non possit v. g. gemma, fiat licitatio ut is rem accipiat integram, qui eam pluris aestimaverit. Si autem res commodam divisionem non respuat, ad dividendum communi dividundo actione contra novum possessorem agitur, ut ex suis regionibus dividatur.

§. IX. MANDATUM est ultimus contractus, qui suum esse unicè & solùm accipit à Consensu, quò mediante contrahentes hunc contractum ineunt, ita ut unus negotium suò nomine gratis gerendum committat, & alter ita commissum suscipiat l. si filius. §. §. *invitus procurator* 1. ff. de procur. Committens autem exprimit Consensum suum vel positivè, expressis scil. verbis, vel negativè, non dissentiendo, quando scil. negotium meum ab aliò me præsentè & non contradicente geritur l. si remunerandi 6. §. si passus sum 2. 2. l. qui patitur 18. l. qui fide alterius 53. ff. mand. quod fit, si quis præsens vendiderit prædium meum, me præsentè, licèt verbis Consensum meum non exprimam, pretium tamen eà ex causà accipiam, videbor ipse vendidisse l. 12. de evict. quia, qui præsens, uti dictum, nomine suò quid fieri patitur, nec id prohibet, mandare videtur. Suscipiens verò ipsò factò ostendit Consensum, recipiendo nimirum absentis literas, iisque non contradicendo *Clem. 1. de procurat. verb. simpliciter* (nullà factà protestatione) à te scienter receptis, non potes postea recusare defensionem illius: imò cogi poteris &c. Non obstat, quod is, qui tacet, cum alter ipsi mandat, non videatur Consensisse l. 8. §. 1. & ibi *Gothofr. lit. 1.*

§. X. Consensu à mandante & mandatariò ritè ac rectè adhibitò, oritur obligatio, ita ut mandatarius teneatur mandanti actione directà mandati ad susceptum negotium quàm diligenter



ligentissimè *Magnif. Dn. Struv. Ex. 22. th. 10. ibique dictata.* perficiendum, secundum fines præscriptos, quos excedere non potest mandatarius *l. diligenter §. l. potest & ab una, 41. ff. mand. Vid. Magnif. Dn. Struv. dictata ad d. Ex. 22. th. 9.* Mandans, cui etiam æquiparatur ratum habens *c. 10. de R. 1. in 6to.* obligatur mandatario actione mandati contrariâ ad negotium perfectum rati habendum & impensas solvendas, modò illud negotium secundum præcepta mandati est gestum, mandatarius enim, uti jam tum dictum, non potest excedere fines præscriptos *d. l. 5. mand.* Quamvis aliàs ultima linea rerum mors omnia solvat, nihilominus tamen certò in casu non potest solvere mandatum: proinde mandatarius etiam post mortem mandatoris efficere tenetur id, quod in mandatis habet, si scil. contrahentes ita inter se invicem Consenserunt *obst. l. ult. in f. de solut. V. d. Ex. th. 14. n. 2.* Mandatarius quoque Consentiens oneri sibi in testamento à testatore injuncto, censetur obligatus ex testamento illud onus æquò animò ferre.

§. XI. Consideravimus hætenus effectum Consensus consummativè. Restat nunc aliquid dicere de effectu Consensus inchoativè consideratò, qui actum aliquem v. g. contractum, inchoat, non verò consummat, atque perficit, nisi simul rei traditio interveniat, aut paulò post accedat, uti videre est in contractibus realibus, utpote in quibus solus Consensus non parit obligationem & actionem, sicuti in contractibus Consensualibus *pr. §. q. m. 2. c. 0.* In contractuum autem realium censum referimus omnes reliquos contractus, sive illi sint veri, sive quasi: sive nominati, sive innominati: sive regulares, sive irregulares, de quibus singulis jam aliquid dicendum venit.

§. XII. Mutuum dicitur contractus realis ab effectu, non quasi Consensus non requireretur ad illud mutuum contrahendum, sed ideo dicitur contractus realis, quia per rei traditionem demum perficitur, & antequam res est tradita, sive verè & naturaliter, sive fictè per brevem manum scil. *l. 43. §. 1. de jure dot.* ab eò contractu, utut Consensus sit interpositus, licet resiliire, etiamsi nullum interesse præstetur. Cum itaque ad hunc contractum etiam Consensus requiratur, & Consensus debeat, uti

D

supra



supra c. 2. monstratum, omni vi, omni metu carere, omni errore,  
facile patet I. Neminem errore mutuum contrahere posse. Hinc si  
quis pecuniam quasi donaturus dederit, & ego quasi mutuum  
accipiam, nec donatio, nec mutuum contrahitur l. si ego pecuni-  
am. 18. de R. C. sed nummi solventis manent arg. l. nunquam nuda  
31. ff. de A. R. D. & vindicari possunt, modò adhuc extent, aut si  
consumti fuerint, conditione repeti d. l. 18. Mantio. de tac. &  
amb. convent. lib. 8. t. 3. n. 2. Vid. Magnif. Dn Struv. Ex. 16. th 10.  
II. patet, quòd ad mutuum contrahendum nemo metu injectò  
cogi queat, nisi necessitas publica aliud suadeat. Mantio. d. lib. 8.  
tit 5. n. 18. Minores q. oq; curatorem habentes arg. l. si curatorem  
habens 3 C. de integr. restitut. ib. q; Dn. Brunn. & prodigi arg. d. l. 3. l. 6.  
de V. O. sine Consensu & autoritate tutorum & curatorum suo-  
rum mutuum dare nequeunt, & si de factò dederunt, nummi  
extantes ab accipientibus vindicari possunt §. nunc admonen-  
di. 2. §. quib. alien. lic. Dn. Lauterb. in tract. synopt. ad tit. de mutuo  
th. 6.

§. XIII. In hoc contractu mutui etiam notandum venit,  
quòd, etiamsi contrahentes in plus reddendum, quàm accipi-  
unt, Consentiant, in nihil ampliùs, quàm acceperunt, obligati sine  
v. g. si quis decem det, ut accipiens undecim reddat, obligatio  
tantum in decem reddenda contrahitur, non obstante, quòd  
ambo contrahentes ita conveniendo Consenserint l. rogasti. II.  
§. si tibi 1. de R. C. l. si tibi decem. 17. pr. ff. de pact. l. cum utra 9. C.  
de nonnum. pecun. ib. q; Dn. Brunnem Dn. Carpz. lib. 5. Respons. 9 n.  
16. & seqq. Magnif. Dn. Struv. in S. J. C. Ex. 16. th. 25. quin imò  
superfluum nec jure usurarum, nec jure donationis peti potest  
l. quamvis usura 3. C. de usur. ~~Reichs-Abschied~~ de anno 1. 77. tit.  
17. pr. Dn. Carpz. p. 2. decis. 146. Non contrahitur etiam mu-  
tuum, si quis alienos nummos suo nomine sine Consensu domi-  
ni credat l. nam et si. 13. de R. C. nisi b. f. naturaliter & civiliter (V.  
Besold. tr. de mutuo c. 7. n. 3. & seqq.) consumti fuerint, tunc enim  
ex benignitate legum convalescit mutuum, & creditori datur  
condictio ex mutuo l. II. in f. l. 12. in f. l. 13. pr. & §. 1. ff. de R. C.  
l. 15. de Reb. dub. Christin. Vol. 3. decis. 5. n. 1. Quod si autem  
domini Consensu alius pecuniam mutuam daret, itatim valeret con-

con-



1080  
contractus, & actio acquireretur illi, cuius nomine data & cre-  
dita esset pecunia l. 2. §. 4. l. 9. §. 8. ff. de R.C. l. 2. C. per quas person.  
nob. acquir. & ibi Brunnem. Sin filius Consensu patris mutuum  
accipit, tunc bona patris pro restitutione mutui obligantur l. 4.  
C. de S. C. Maced. quod verum est, nisi pater ipse habeat patrem  
suum, quia tunc Consensus avi in mutuo nepoti factio requiritur,  
est enim in potestate avi, non patris.

§. XIV. Huic contractui mutui annumeratur LITERARUM  
OBLIGATIO, sive contractus chirographarius, cuius causa effici-  
ens itidem est voluntas & Consensus pr. §. de liter. oblig. & t. t. C.  
de non num. pecun. Ex hoc contractu quomodo chirographum  
dans obligetur V. Dn. Laurerb. sepe laud. tract. ad tit. de mutuo  
p. 21. 22.

§. XV. COMMODATUM est secundus contractus realis, ve-  
rus atque nominatus, qui Consensu inchoatur, per rei traditio-  
nem autem perficitur. Hoc contractu celebrato contrahentes  
nisi obstet singularis pacti exceptio, sibi invicem ad ea omnia  
praestanda, quae natura huius contractus requirit, obligari Con-  
sentiant. Proinde levissimam culpam, si eam non exceperit,  
praestare tenetur commodatarius. Magnif. Dn. Struv Ex. 19. th. 7.  
cum res commodatas suis debeat praefere th. 8. d. Ex. ad casum  
autem fortuitum non tenetur d. th. 7. nisi in illum suscipiendum  
expressè Consenserit. Denique ad restitutionem rei commo-  
datae commodatarius quoque tenetur §. 2. l. q. m. 2. c. o. l. 1. §. 4.  
de O. & A. Vid. Praenobilis. Dn. Schröterum in Wickerstädt / Cum &  
Antecessorem in hac alma Salana celeberrimum, patronum Meum ma-  
gnum, Doctorem atq; Promotorem omni reverentia cultu deveneran-  
dum in not. ad Suth. diss. XV. aph 27. nec potest obijcere compen-  
sationem, nisi aestimatio loco rei commodatae veniat restituenda  
Magnif. Dn. Struv Ex. 19. th. 12. V. Brunnem. ad l. prae-textu ult. C. de  
compensat. Commodans vero non nisi finito usu rem commo-  
datam repetere potest, quod si vero illi usui nullum tempus ad-  
jectum fuerit, tunc in illud scil. tempus commodans & com-  
modatarius tacite Consensisse censentur, quod usus rei praesti-  
tae exigit l. in compensationibus 17. §. sin autem 3. ff. commodat.

§. XVI. DEPOSITUM est itidem contractus realis, qui  
D 2 suum



suum esse accipit à Consensu cum rei traditione conjunctò, & per talem Consensum contrahentes sibi invicem obligantur: Depositarius principaliter & directò obligatur ad rem depositam custodiendam, asservandam eandemque in specie cum omni causâ *l. depositum 1. §. & ideo 24. ff. de pos. non deteriore d. l. 1. §. si res 16. eod.* restituendam. Quoniam autem solius deponentis interest, tantum obligatur depositarius ad dolum & latam culpam *l. 23. de R. 7.* Exinde etiam fluit, depositarium non teneri rem depositam suis præferre, quando utrasque salvas facere non potest. *Magnif. Dn. Struv. Ex. 21. th. 37.* Deponens obligatur ex tali Consensu depositario ad damnum occasione depositi dolo vel quavis deponentis culpâ obveniens præstandum, ut & ad impensas in rem depositam factas *l. ei apud 5. pr. de pos.*

§. XVII. Ultimus inter contractus reales, veros atque nominatos est PIGNUS, cui itidem dat essentiam Consensus cum rei traditione conjunctus. In hoc contractu pignoris, sicut in aliis contractibus veris, Consensus ab utraque parte contrahentium, qui sibi invicem validè obligari volunt, requiritur *l. cum constet 2. C. quæ res pign. oblig. poss.* Ut autem hanc rem methodicè proponamus, videbimus I. quid Consensus valeat in pignoris constitutione. II. Quid possit in ipsius pignoris resolutione. Quantum I. ad constitutionem pignoris attinet, facit Consensus, ut pignus constituentes in rei oppignoratæ alienationem Consensisse censeantur: *Magnif. Dn. Richt. decis. 79. n. 26.* qui enim Consentiunt, censentur eò ipsò renunciare juri suo *l. servus communis 38. §. idem juris. erit 1. de donat. inter vir. & ux.* Nihil autem interest, si res pignori data sit allodialis, si feudalis, quippe cum & res feudalis oppignorari possit, modò id fiat cum Domini & agnatorum Consensu. *Magnif. Dn. Richt. d. decis. n. 24.* qui ipsò factò declaratus ad oppignorationem feudi sufficit. *Carpz. p. 2. c. 23. def. 25. per tot.* Quod si ille Consensus rei feudali oppignoratæ adhibitus, sit restrictus & limitatus, tunc limitatum quoque producit effectum, & ad non expressa haud extenditur. *Id. in c. Imperialem. de prohib. feud. alienat. Hartm. Pistor. l. 2. quest. 7. n. 29. & 38. Dn. Carpz. part. 2. constit. 23. def. 24. n. 6. & seqq.* Hinc Consensus domini super hypothecâ feudi ad certum

tum



1187.

tum tempus præstitus eò elapsò extinguitur. *Dn. Carpz. d. def. ibiq. allegata*, nisi debitor sibi reservaverit jus reluendi, quò casu Consensum tacitè prorogasse censetur, si scilicet finito tempore non reluantur bona hypothecata, & sic Consensus tam diu durat, donec ab ipsò dominò vel à debitore relutio pignoris facta fuerit. *Andr. Rauchb. p. 2. quest. 23. n. 17. Berlich. part. 1. conclus. 66. n. 59.* Quantum ad remissionem pignoris attinet, nemo in illam facillè Consentire videtur, quinimò licet quis Consenserit venditioni vel donationi rei sibi hypothecatae, sibi non statim præjudicat *l. si debitor 4 §. si in venditione. 2. q. m. p. f.* modò id fecerit salvâ causâ pignoris sui, quippe cum tali casu ideò passus sit venire, quod sciebat ubique sibi pignus durare. *V. Reink. de retract. consanguin.* Multò minus etiam præjudicium sibi affert creditor, quando planè non Consentit in alienationem pignoris à debitore faciendam *l. res pignoris 10. C. de remiss. pign. cujus rei ratio continetur in l. id quod nostrum est. de R. J.* Secus verò se res habet, si creditor consentiat, ut pignus à debitore pignori detur, tali enim casu pignus remittere censetur creditor *arg. l. 1. C. si pign. pignor. sit dat.*

§. XVIII. Postquam perspeximus, quid Consensus valeat, in contractibus nominatis restat videre, qualem vim ac efficaciam habeat in contractibus innominatis: Omnes autem contractus innominati, sive sint regulares, sive irregulares, annumerantur contractibus realibus, adeoq; solò Consensu nò perficiuntur, sed præter Consensum & conventionem ad suam perfectionem requirunt, ut ab alterutrâ parte interveniat actualis præstatio, rei scil. datio, vel factum *l. sicut. 1. §. item emptio. 2. ff. de R. P. l. ex placitò. C. eod. l. naturalis 5. pr. & §. seqq. ff. de P. V. Gomez. tom. 2. c. 8. n. 1. Dn. Hahn. ad Wes. ff. tit. de P. V. n. 1. vers. & hinc deciditur.* quod nec hodiernò jure est mutatum. *Dn. Carpz. p. 2. 33. def. 23. Dn. Hahn. ad Wes. ff. tit. de P. V. n. 1. in f. ibi: quod nec hodiernò jure contractus innominati sine rei interventu perficiantur.* Nec enim ullibi id mutatum est. Dissentit, dicente Hahnio *d. l., Gudelin. de jure noviss. lib. 5. c. 5. in f.*

§. XIX. Progrediamur nunc ad ipsos contractus innominatos regulares, quorum sunt quatuor species: do, ut des;





do, ut facias; facio, ut des; facio, ut facias *l. naturalis 5. pr. ff. de P. V.* Interdum aliquid datur, ut aliquid detur & fiat, ut ita mixta species esse videatur *l. si tibi. 13. §. Julianus. 1. de P. V. Vid. Magnif. Dn. Struv. Ex. 25. th. 15. Molin. de J. & J. tr. 2. disp. 253. n. 5.* Primi innominati Do, ut Des, contractus (à quò planè non differt permutatio *Magnif. Dn. Struv. Ex. 25. th. 16.*) causa efficiens est Consensus & simul rei datio ad minimum ex unâ parte facta *l. 4. 5. C. de R. P.* solus enim Consensus de rebus permutandis non facit permutationem *l. scut. 1. §. itementio 2. ff. de R. P.* sed tantum pactum de permutatione contrahendâ, quod de Jure Civili actionem non parit *l. explicatô. 3. C. d. 1. ubi rescribunt Imp. ex placitô permutationis, nullâ re secutâ, constat nemini actionem competere. Mant. de tac. convent. l. 25. tit. 1. n. 1. 2.* Unde etiam uterque re sc. à neutrà parte traditâ impunis ab hoc contractu recedere potest *Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 25. th. 13.* Quod si ille Consensus cum rei datione est conjunctus, tunc eò ipsò, dum interponitur talis Consensus, sibi invicem obligantur contrahentes ad ea præstanda, quæ hujus contractus natura requirit. Requirit autem hujus contractus natura I. ut detur res sive corporalis sive incorporalis, adeò ut nec pecunia numerata, seu nummi excludantur, quando scil. non tanquam pretium rei *l. naturalis 5. §. etsi. 1. de P. V.* sed tanquam certa corpora considerantur & pro aliâ re, vel pro aliis nummis dantur, *V. l. sed si. 51. de leg. 1. l. fin. de condiç. caus. dat. caus. non sec. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 25. th. 19.* Res autem, quæ in hunc, do ut des, seu permutationis contractum deducuntur, debent esse paris conditionis: Hinc temporalia cum spiritualibus non permutantur, at beneficiorum cum beneficiis rectè fit permutatio inter personas idoneas, Consensu episcopi interveniente *d. th. 19. II.* Requiritur, ut res data sit propria, non aliena, nulla enim contrahitur permutatio re alienâ ex causâ permutationis datâ *l. 1. §. 3. de R. P. Stamler. de contractibus disp. 15. th. 25. Franszk. in comment. ad  $\pi$ . h. t. n. 6.* Hinc si quis rem alienam acceperit, ut pro illâ det aliam, non obligatur quidem, interim tamen conditione causâ datâ, causâ non secutâ, ad rem acceptam restituendam conveniri potest, *d. l. 1. §. 3. junctô §. 4. ff. de R. P. Dn. Hahn ad parat. Wesenb. h. t. n. 9.* Sin au-  
tem



1189

tem ille, qui ex causâ permutacionis rem alienam accepit, ex suâ parte perfecit contractum, & rem suam dedit, ex hujus datione contractus subsistit, & ipse electionem habet, an rem suam repetere, an verò ex contractu actione P. V. contra adversarium, qui rem alienam tradidit, agere velit, perinde ac si ab illò nihil traditum esset *l. 1. C. de R. P. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 25. th. 22.*

§. XX. Suprà in princip. §. precedent. dictum est, quod ad permutacionem efficiendam requiratur, ut rei datio ex unâ ad minimum parte sit facta, quibus verbis indigitamus, non præcisè in permutacione opus esse, ut res ab utraque parte statim unò quâsimomentò detur, sed sufficere, si res ab unâ tantum parte sive naturaliter, sive civiliter per constitutum scil. possessorium data sit. *Anton. Fab. in Cod. tit. de R. P.* Hoc tamen casu notandum, quod illa pars, quæ dedit, possit non tantum alteram partem, quæ nondum dedit, ad dationem rei conventæ actione P. V. adigere, sed etiam pœnitere & sic à contractu, si velit, recedere: Altera verò pars, quæ accepit, nec vicissim dedit, non potest pœnitere. *V. sæpè laud. Dn. Struv. d. Ex. 25. th. 14.* sed exigente eâ parte, quæ dedit, tenetur placitis stare vel interesse præstare.

§. XXI. Secundus contractuum innominatorum est, *DO, UT FACIAS.* Qui in hunc contractum ineundum Consentunt, itidem censentur Consensisse in ejus naturam, quæ vult, ut ex conventionem res detur & dominium in accipientem transferatur *l. 5. §. 2. de P. V.* Hinc qui rem dat alienam, ut accipiens aliquid faciat, ad rem quidem repetendam, sed non actione P. V., ad contractum implendum agere potest *arg. l. 1. §. 4. de R. P. Magnif. Dn. Struv. Laud. Syntagm. J. C. Ex. 25. th. 27.* Sin autem rem alienam, accipiens ex suâ parte impleverit, subsistit contractus, & datur ei, qui rem alienam accepit & factum præstitit, maxime si res evicta sit, actio P. V. *l. jurigentium 7. §. sed & si 2. de pact. Magnif. Dn. Struv. d. th. 27. ubi etiam pugnantiæ resolvuntur.* Contractus enim ex principiò & initiò suo, non verò ex eò, quod per accidens sequitur, æstimantur & distinguuntur *l. 8. pr. ff. mand. l. 10. §. 13. ff. depos. l. si tantum 12. ff. ad*

St.



*St. Maced. Magnif. Dn. I. O. Tab. in partit. elem part. 3. sect. 4. th. 15. Ad reliquos duos contractus regulares celebrandos etiam requiritur Consensus. Quid verò præstandum veniat in hisce contractibus V. Magnif. Dn. Struv. Laud. Ex. 25. th. 28. & seqq.*

§. XXII. Diximus supra, quod contractus innominati sint vel regulares, vel irregulares, qui scil. à regulari contractuum innominatorum naturâ nonnihil abeunt, & ad nominatos proximè accedunt, simulque nomen aliquod sortiuntur, *Strauch. h. t. Protosynd. Brunsvic. & nunc primarius juri Professor in Academiâ Noricâ designatus quondam Præceptor noster observant. diff. 16. aph. 2. ut, contractus æstimatorius: Hujus contractus causa efficiens est Consensus cum rei traditione conjunctus, l. 1. pr. ibi: vendenda datur. ff. de æstimat. act. Et qui hunc contractum inire ac perficere Consentunt, observare debent hujus contractus requisiti, quæ sunt (I.) ut res, sive mobilis, sive immobilis, reddenda certò pretiò sit æstimata: Etenim sine pretiò nulla fieri potest æstimatio, & per consequens nec contractus æstimatorius. Anton. Fab. in ration. ad d. l. 1. §. 1. in f. de æstimat. act. Proinde si quis alteri rem in genere justò pretiò vendendam committeret, actio æstimatoria locum non haberet arg. l. 1. pr. & §. 1. d. t. (II.) Ut eâ lege res certò pretiò æstimata detur vendenda, ut accipiens vel rem illam reddat, vel pretium conventum solvat l. 1. pr. & §. 1. ff. h. t.*

§. XXIII. Haftenus perspeximus, quid Consensus valeat in contractibus veris, nunc audiendum quid consensus efficere possit in quasi contractibus. In hisce autem cum semper Consensus præsumtivè saltem interveniat, nunquam expressus, sed semper tacitus Consensus datur. Sic in negotiorum gestione nunquam reperitur expressus Consensus, sed tacitus, quippe cum istius quasi contractus forma consistat in ipsâ negotii alieni utili gestione, ex quò factò præsumtam conventionem i. e. tacitum Consensum jus educit *Magnif. Dn. Struv. sepè laud. Syntagm. J. C. Ex. 7. th. 48. Qui enim suscipiendo aliena hunc contractum inquit, re ipsâ Consensum exprimit, & se ad ea omnia obligatum tacitè promittit, quæ hujus contractus natura requirit. Requirit autem hujus contractus natura à parte gestoris. I. Ut domino*



1191.

mino gesti negotii reddat rationes, omneque restituat, quod ad ipsum ex gestio pervenit *l. 8. §. 1. de N. G.* aut pervenire potuit *l. 19. §. 4.* II. Ut summam diligentiam in negotio vel potius negotiis gestis adhibeat, & ita dolum *l. si negotia absentis 11.* & culpam, etiam levissimam, praestet *§. 1. in f. de obl. quae ex quasi contractu nasci.* Quae huic sententiae obstant, *V. ap. saepissime laudatum Dn. nostrum Magnif. Struv. Ex. th. 50.* A parte autem domini negotii gesti requirit hic contractus, ut dominus omne id, quod utiliter gestum est, ratum habeat, ac impensas necessarias ac utiles, tanquam à bono patre. insumas, restituat *l. si quis absentis 2. l. Pomponius 9. l. Heres viri 33. l. quae utiliter 45. de N. G.* licet negotium effectum non habuerit *l. sed an ultro 10. §. 1. d. t.*

§. XXIV. IN TUTELAE ADMINISTRATIONE itidem saltem est tacitus Consensus, non verò expressus: pupillus enim in negotia à tutore utiliter gesta Consentire saltem praesumitur. Et qui hunc quasi contractum suscipit administrandum, tacite Consensit praestare dolum, latam & levem culpam *l. solet 1. pr. de tut. & rat. distrab. Magnif. Dn. Praeses S. J. C. Ex. 31. th. 38.* Aliquando autem etiam levissimam culpam praestare tenetur, si nimirum sese obtulerit *l. qui 53. §. qui alieni 3. de furt.* quia tum videtur in praestationem exactissimae diligentiae Consensisse. Quod si plures sunt tutores, & omnes tutelam administrarunt, ita ut tutela inter eos non sit divisa, omnes quidem stricto jure in solidum ex hoc tacito Consensu tenentur *l. 55. pr. de administ. tut.* etiamsi unus tantum auctoritatem, h. e. Consensum negotiis à pupillo administrandis adhibuerit; Sin verò tutelae administratio est divisa, tunc unusquisque pro sua tantum parte administratam conveniri potest. Nunquam verò ullus tutor cogi potest, ut auctoritatem, hoc est, Consensum praestet, etiamsi pupillus ob non praestitam à tutore auctoritatem damnum incurrat, cum illam jacturam tutelae judicio consequi possit pupillus *l. si tutor 27. in f. ff. de auctoritat. & Consens. tut. & cur.* Pupillus obligatur in id, ut tutorem, qui res pupillares utiliter administravit, indemnem servet, cum nemini officium, quò fungi cogitur, debeat esse damnosum.

E

CAP.





CAP. V.  
DE  
EFFECTU CONSENSUS RATIO-  
NE DELICTORUM CON-  
SIDERATO

§. I.

Postquam diximus, quid Consensus efficere possit in contra-  
ctibus, paucis jam delineandum venit, quid in delictis possit,  
& quomodo puniatur quis propter Consensum delictis adhibi-  
tum. Ut autem brevitatis studiosi nos breviter expediamus,  
constituimus cum Barbosâ Locupletatô in voc. CONSENSUS *Gail.*  
*1. de P. P. cap. 1. n. 47.* in hacce delictorum materiâ quatuor spe-  
cies Consensûs, quarum primâ est CONSENSUS NEGLIGENTIAE,  
qui est duplex I. cum is ea negligit, quæ tamen negligere non  
debet, quod evenit, quando quis aliquem ab aliis v. g. rapto-  
ribus circumdatum eripere possit sine suô periculô, & tamen  
hoc non faciat. De Jure Canonico talis Consensus punitur *arg.*  
*c. quanta. 47. de sentent. excommunicat.* ubi dicitur, eos delinquen-  
tibus favere interpretamur, qui, cum possint, manifesto facinorâ  
desinunt obviare *c. 6. §. illi etiam X. de homicid.* & multò magis  
in forô conscientia. *Panorm. in c. 6. X. de homicid. Covarruv. in c.*  
*furiosus. 1. 2. §. 2. n. 7. Farinac. q. 125. n. 79. Lessius de J. & J. lib.*  
*2. c. 9. dubit. 13. n. 43.* In forô autem externô & de Jure Ci-  
vili talem Consensum non puniri. *Paul. de Castro. ad l. f. c. de his*  
*quib. ut indign. Gloss. in l. culpâ caret s. ff. de R. I.* aliique plures pu-  
tant. Limitatur tamen hoc (a) in eô, qui non vetat, cum veta-  
re debeat, *d. c. 6. §. illi etiam X. de homicid.* quia talis patientia  
Consensum & ratihabitionem inducit. *Carp. Jp. F. p. 1. Const. 17.*  
*def. 42. n. 8.* Hinc etiam nihil interest, an quis ipse mancipium  
prostituat, an prostitui sinat, *l. 7. qui sine manumiss.* & dominus  
non vetans servum occidere, ipse occidit *l. 2. de N. A.* Lege Fa-  
biâ in dominum animadvertitur, si servus eô sciente alienum ser-  
vum subduxerit, atque hinc, cum delictum familiae, in dubiô,  
Consensu domini factum esse præsumatur, sæpè dantur actiones  
ex quodam delictô contra dominum, idque fortassis ideò, quod

UNUS-



unusquisque suorum culpam præstare debeat *l. si vero. §. l. pen. in f. de his qui effud. vel des.* (β) Limitatur in eò, qui non opem fert, cum tamen possit ac debeat. Hinc de servò sumitur pœna ultimi supplicii, si, cum potest, non defendit dominum *l. fin. C. de his quib. ut indign.* Ille quoque punitur, qui non occurrit crimini læsæ Majestatis, utpote, cui quisquæ tenetur obviare, si possit *l. quisquis. §. idq. C. ad l. Jul. Maj.* Nec minus is punitur, qui factum reticet, quod notum facere debebat *l. utrum 6. verb. confici criminis ff. de L. P. de parricid. c. 4. x. de furt. Grot. lib. 2. 17. §. 9. II.* Consensus negligentia est, quando quis ea non negligit, quæ tamen negligere debet, quod fit, quando quis se inebriat, cum tamen non debebat, & in ebrietate delictum committit. Tali casu distinguendum, aut quis datâ operâ factus est ebrius, & deliquit: & tunc non minuitur pœna, quia ebrietas affectata & dolosa pœnâ etiam gravi est digna. Sic nec ille mitius punitur, qui dum in ebrietate deliquit, ad sanam mentem deinde redactus gloriatur, se illud facinus perpetrâsse. Illa enim jactatio efficit, ut ratum habere videatur, quod malè egerit. *Rip. in l. ult. n. 79. C. de revoc. donat. Menoch. 2. 4. l. cas. 326. n. 10. Dn. Carpz. part. 3. const. crim. quest. 146. per tot.* Aut quis non datâ operâ ebrietate maximâ est affectus delictumq; commisit, tali casu clementius punitur *l. omne delictum. 6. §. 7. vers. per vinum ff. de R. M. judicis tamen arbitriò Jul. Clar. lib. 5. sent. jur. §. fin. quest. 60. vers. preterea.*

§. II. Secunda species Consensus est **CONSENSUS CONSILII**: quando aliquis consulit alteri, ut committat delictum, & qui hoc modò Consentit, omne id velle videtur, quod alteri consulit; cum autem tantùm dicat, quid sibi videatur, nec ullam obsequendi necessitatem audienti imponat, sed ipsi jus eligendi relinquat liberum, ideò regulariter consilium non est obligatorium *l. 2. §. f. ff. mand. nisi sit fraudulentum l. 47. de R. I. & hoc, si tendit ad delictum, meritò quoque punitur.* Tali verò casu benè distinguendum, an quis consulit aliàs non facturo, an verò aliàs facturo. Priori casu, Consentiens per modum consilii, effectu secutò, in atrocioribus delictis indistinctè eadem, quæ delinquens, punitur pœnâ *l. non solum 11. §. si mandatu 3. §. Artici-*





*licinius 6. de injur. Jul. Clar. lib. 5. sent. q. 88. n. 1.* posteriori, verò casu mitius cum eò agitur & arbitrariè tantum punitur. *cap. sicut dignum. §. qui verò X. de homicidiò. Menoch. de A. J. Q. cas. 361. n. 22. 23. Socin. cons. 188. vol. 2. Ludvv. Ex. 15. th. 3. Carpz. pr. cr. part. 1. q. 4. n. 27.* Quod si autem effectus non fuerit secutus, Consentiens per modum consilii ordinariè non punitur *l. sepè 53. in f. de V. S. Farin. quest. crim. 129. n. 82.* nec, si revocaverit consulens consilium; nuda autem revocatio non sufficit, sed simul accedat necesse est dissuasio: Et hïc intercedit differentia inter Consipientem per modum consilii, & Consipientem per modum mandati. In mandatò enim sufficit, quod revocatio mandati pervenerit ad aures mandatarii *l. si mandatum 15. ff. mandat.* In consiliò autem requiritur expressa dissuasio: quinimò si Consipientem per modum consilii non credat firmiter & probabili-ter, illum, cui dederat consilium, per revocationem & dissuasionem revocatum iri à malevolò propositò, debet illi denunciare, in cuius perniciem vergit tale consilium, ut sibi possit præcavere: & ratio diversitatis est inter mandatum & consilium, quia mandatum fit ut plurimum mandantis gratiã, unde est verisimile, quod mandatarius factã revocatione mandatum non exequatur: Consilium autem fit gratia ejus, cui aliquid consulitur: unde ad illud non sufficit revocatio, sed, uti jam jam dictum, necessaria est dissuasio.

§. III. Quod supra diximus de Consipientem per modum consilii, quod scilicet is non puniatur ordinariè, si factum non fuerit secutum, id quoque dici potest de Consipientem per modum mandati; ille enim in atrocibus delictis ex solò & simplici mandato, non secutò effectù, extraordinariè punitur. *Bart. in l. non solum 11. §. si mandatu 3. ff. de injur. Menoch. de arbitr. qui. quest. cas. 352. & Farin. quest. crim. 3. n. 8.* Hęc pœna extraordinaria etiam obtinet, licet planè nondum perventum fuerit ad actum aliquem *V. Dn. Carpz. pr. cr. p. 1. q. 4. per totum.*

§. IV. Tertia species Consensus in delictis est **CONSENSUS COOPERATIONIS**, qui reperitur vel **IN ADIUVANTE**, vel **IN ASSENTIENTE**, & propter varietatem circumstantiarum non unò modò punitur. Consipientem enim per cooperationem mox planè non

non



195

non punitur, mox levius, mox æque graviter, quàm principalis, punitur: Sic I. planè non punitur talis Consensus in adjuvante, qui scil. post delictum commissum præstitit opem criminoso, ut evadat propter circumstantias pœnam ordinariam per viam justitiæ criminosus, veluti faciunt advocati, qui assentiente & Consentiente judice pro delinquentibus postulant secundum notata in l. per omnes. 6. C. de defensor. civit. & ad illam Dn. Brunnem. V. Dn. Carpz. pr. cr. p. 3. q. 115. n. 90. & seqq. facit quoque huc l. si postulaverit. 27. §. questioni. 7. ff. ad L. Jul. de adulter. Eodem modò II. se res habet cum eò, qui criminoso per viam misericordiæ succurrit supplicando videlicet principi, is enim itidem planè non punitur, exceptò crimine læsæ Majestatis, ubi ejusmodi supplicans efficitur infamis l. quinquies. 8. §. denique. 2. C. ad L. Jul. Majest. V. Dn. Brunn. ad illum §. III. qui opem præstitit delicto præter cogitationem & scientiam delicti, non punitur, error enim facti excusat aliquem à delictò l. pen. verb. scientem. C. ad L. Jul. de vi publ. l. si pignore 54. §. 4. verb. sciens de furt. l. eum qui duas 18. C. ad L. Jul. de adulter. Si verò scienter & cogitanter adjuvit, tunc utique tenetur ordinariâ pœnâ, eò quod talis adjuvans totum factum velle censeatur C. 100. caus. 11. q. 3. Unde raptori adminiculum ferens gravissimè punitur l. 54. C. de SS. Eccl. l. un. §. 2. C. de rapt. virg. Laqueò quoque suspenditur, qui in ipsò actu furandi manu suâ, fraudulentè, dolosè & lucri causâ opem tulit. Dn. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 87. n. 29. & seqq. Levius punitur, qui opem præstando Consentit delicto irregulari, quod fit, si persuadet alicui servo, ut fugiat, tunc enim non tenetur furti l. qui servo 36. de furt. Quod si autem quis præstando opem Consentit delicto regulari committendo, tunc utique tenetur eâdem, quâ principalis, pœnâ l. si pignore 54. §. cum furti. 3. §. qui ferramenta. 4. de furt. l. qui domum. 8. ff. ad L. Jul. de adult. Dn. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 87. n. 29. & seqq. qualis est, qui opem præstitit in ipsò actu commissionis l. un. §. pœnas. 2. C. de rapt. virg. Dn. Carpz. d. l. n. 15. & seqq. sive sit mas, sive foemina: cum etiam foemina opem ferens, e.g. raptori, capite puniatur d. l. un. §. 2. Anth. Matth. lib. 48. t. 4. n. 2. Circa foeminam, quæ rapitur, hîc obiter notandum, quod si illa, ut eò citius abduceretur, ad Con-



119b.

consensum blanditiis atque promissionibus fuerit allecta, tunc poena raptus adhuc obtinet, *Constitut. Crimin. Carol. V. art. 118.* So einer sein Eheweib oder eine unverleumde Jungfrau wider des Ehemanns / oder des ehelichen Vatters Willen einer unehrlicher weis entführet / darüm mag der Ehemann oder der Vater / unangesehen die Ehefrau oder Jungfrau ihren Willen darzu giebt / peinlich klagen / und soll der Thäter nach Sazung unser Vorfahren und unser Käiserlichen Rechten darüm gestraffet / und derhalben bey den Rechtsverständigen Rahts gebraucht werden. Secus si ab initio Consensit, imò suavit *Farin. q. 145. n. 100. 131.* quod tamen præsumendum non est. *Masc. concl. 1260. n. 28.* Quod si tamen in potestate patris fuerit illa abducta foemina sive puella, & ab initio liberè in abductionem Consenserit, extraordinariam poenam meretur raptor; sed si sui juris, nullam; quia abducens spontè Consentientem & quæ sui juris est, planè non est raptor. *Masc. d. concl. 1260. n. 29. Sanchez. de matrim. l. 7. D. 12. n. 6.*

§. V. Ordinariâ poenâ plectitur, qui ante delictum commissum præstitit opem criminoso, ut evaderet per viam receptationis. *l. pessimum genus. 1. ff. de Receptor.* Nec interest, sive rebus, sive personis quis receptum præstiterit. Utroque enim casu eadem poenâ tenetur, quâ ipse delinquens e. g. fur *l. 14. C. de furt. Ludvvell. Ex. 15. th. 2. inf. p. 297. Berlich. p. 5. conclus. 55. n. 55. Magnif. Dn Struv. Ex. 48. th. 102.* Secus se res habet cum eò, qui post delictum commissum recepit delinquentem; hic enim arbitrariè punitur. *Dn. Carpz. pr. cr. q. 87. n. 38. & seqq.* ubi aliquem propter opem furtò jam consummatò præstitam laquei poenâ plecti non posse expressè tradit, *add. laud. Dn. Struv. d. l.* Nec obstat huic sententiæ *l. 14. C. de furt. verb: eos qui à ser-vo furtim ablata scientes susceperint, non tantum de susceptis convenire, sed etiam poenali furti actione potes.* Ast facilis est responsio: agitur enim in *d. l. 14.* oppositâ de civili coërcitione furti, puta, de actione furti, non verò de criminali accusatione furis: In criminalibus autem poenæ potius molliendæ sunt, quàm exasperandæ *l. pen. ff. de poen.*

§. VI.



1197.  
§. VI. Haecenus aliquò modò audivimus, quod & quò-  
modo Consentiens per cooperationem puniatur. Generaliter  
hic tantùm adhuc observandum: quod si propter qualitatem  
personæ agentis augeatur delictum, pœna in personâ ferentis  
opem quoque augebitur *l. utrum. 6. ff. ad L. Pomp. de parricid. §. alia. 6. 1. de public. jud.* Sin autem propter personam delictum  
committentis minuatur pœna delicti, non minuitur pœna o-  
pem ferentis *l. qui servo. 36. §. item placuit. 1. ff. de furt.* Et hoc  
est speciale in odium opem ferentis. Quòd si autem delictum  
non augetur, tunc mitius quoque punitur opem ferens, arbitriò  
scil. iudicis. *l. 15. qui opem. 34. ff. de furt.* Qui verò scire deside-  
rat, quot modis aliàs dicatur, aliquem præstare opem, post a-  
lios consulat. *Hyppol. de Marsyll. in l. si in ripa. ff. de Sicar. Dn. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 87. per totum.*

§. VII. Quòd dictum est de adjuvante, idem fermè di-  
ci potest de assentiente, utpote in quo quàm plurimùm etiam  
pœna ordinaria locum habet. Siquidem assentiens omninò vult,  
quòd agere videt, atque exinde pari pœnæ quàm plurimùm sub-  
jacet *l. 14. §. 2. C. de SS. Eccles.*

§. VIII. Quarta & ultima species Consensus est CON-  
SENSUS AUTORITATIS & DEFENSIONIS, quando quis defendit alium  
delinquentem. Qui itaq; hunc in modum Consentit regulariter  
plus punitur, quàm agens *c. qui aliorum Caus. XXIV. q. 3. ubi dicitur:*  
*qui aliorum defendit errorem, multò amplius damnabilior est illis,*  
*qui errant: quia non solum errat, verum etiam aliis offendicula*  
*erroris præparat, unde meritò erroris magister vocatur. Sic re-*  
*ctè benèque dicitur in c. qui consentis. 100. Caus. XI. q. 3. qui Con-*  
*sentit peccantibus & defendit alium delinquentem, maledictus*  
*erit apud DEUM & homines, & corripietur increpatione severissi-*  
*mâ, Jung. Dn. Carpz. Pr. Cr. p. 1. q. 4. n. 12. q. 50. n. 35. p. 1. q. 38.*  
*n. 54. Limitantur tamen dicta, ut non procedant in delictis*  
*levioribus: quia, licet in delictis gravioribus plus punitur au-*  
*thoritatem præstans, quàm delinquens, in levioribus tamen ea-*  
*dem pœnâ puniuntur; & hæc locum inveniunt etiàm in man-*  
*dante aliquem occidi, nam mandans debet puniri quemadmo-*  
*dum occidens c. f. X. de homicid. in 610. idem textus est in l. damni,*

§. 6



1198.

*§. si pupillus. vers. si mandato. de damn. inf. & ratio hujus rei est, quia damno dans causam, damna dedisse videtur l. qui occidit. §. in hac ad L. Aquil. item, quod quis per alium facit, per se ipsum fecisse videtur l. dejecisse ff. de vi & vi armat. Quod si mandatarius sive ille, qui occidit, fines mandati excefferit, mandans non tenetur. Dn. Carpz. Pr. Cr. p. 1. qu. 4. num. 17. & 18. Cum dictum sit in pr. h. §. 8. quod nemo, nisi pœnam velit incurrere, delinquentem defendere possit, quæri potest, an hoc ita absolutè sit intelligendum, ut ne quidem advocatus ad deducendam & probandam rei innocentiam intervenire queat? quod meritò negamus cum Magnif. Dn. Carpzov. Pr. Cr. p. 3. q. 115. n. 88. innitentes Ordin. Crim. Carol. V. art. 88. in pr. ibi: Klägern und Antwortern soll jedem Theile / auf sein Begehren / ein Fürsprecher aus dem Gerichte erlaubet werden.*

## TANTUM!

**U**T de CONSENSU placeant hæc scripta,  
rogatis?

longiùs ut regeram, cura laborq; vetant.  
At quicumque TACENT, si CONSENTIRE VI-  
DENTUR,  
ergò TACENS laudes vota q; larga fero.

*Honoris & benevol. c. f.*

**Christoph. Philip. Richter /**  
D. Com. P. C. P. P. Fac. Jur. Or-  
dinar. & h. t. Univers. Sa-  
lanæ Rector.

*Per-*



*Pereximio atq; Præstantissimo*  
**DN. CONRADO Wittigau/**  
*I. V. C. strenuo*  
*Cathedram Juridicam conscendenti*

*ac*  
*de Consensu disputaturo*  
**FELICITER!**

**D**um de Consensu proponis tmemata doctis,  
Consensum Charitum comprecor ex animo.  
*Benevolentia, & quidem singulari, restanda LMQ.*  
*adjiciebam*

**JOH. ERNESTUS GERHARDUS**  
SS. Th. D. & P. P.

**C**onsensu firmo variata negotia constant,  
Quod benè proponunt tmemata docta Tua.  
Gratulor ex animo, voveo Tibi prospera quæque:  
Consensu tribuat præmia larga Themis!

*Eximio Dn. Respondenti amico suo percharo de profe-*  
*ctibus egregiis gratulor*

**GEORGIUS ADAMUS Struve. D.**

**I**udicis esse probi **CONSENSUM** poscere pactis  
Justè, **CONSENTIS**, & benè **SENSA** probas.  
Hinc Te cum Doctis, **CONSENTIO**, docta locutum,  
**CONSENSUS** QUE precor Te evehat ut subitò.

*Honoris atq; benevolentia restanda ergo adponeb.*

**ERNESTUS FRIDERICUS Schröter. D.**

**N**on ulla tali gloriatur adplausu,  
Paresque jure vindicat sibi laudes  
Sacrata quondam Musicæ domus turbæ,  
Quali Palæstram gloriâ triumphantem  
Miratur orbis evehitque Salanam.  
Vix ulla nostros æmulata Doctores  
Pares Lycea fœnerant suis, quales  
Jena Mater vindicat sibi laudes.  
Hæc ipsa mentes demerentur Heroæ.

**F**

**Metita**





1276  
Metita nostram si suam juventutem  
Laboriosos conferet prius coeptus,  
Nostræ vel ultro victa defert palmam.  
Vix serus undis mergit Hesperus lucem,  
Quam non politos eruendo discursus,  
Sudare nostros cerneret Palæstritas.  
Alter labore sensibusque majores  
Subtilitatum lubricas strues ponit,  
Sed dignus ipse, quem exulare Parnasso,  
Suisque abesse musa diceret castris.  
Non hunc scientiæ nec hunc amor veri  
Genuinus armat; id quod obvio suadet  
Mens recta, mos sinister ille dissuadet,  
Pejusque dicta curiosus invertit,  
Et dicta nulli verba commodo cedunt.  
Alter labores dispari suos nisu  
Totus futuræ deputat magis laudi,  
Et quod cupita præmium sibi meta  
Spondet procanti, mente sedulus quærit,  
Solutusque laudem gloriamque venatur.  
Postrema de Te Confaline præsciri  
Amice constat! nam labor tuus tantum  
Videtur eminere cæteris, quantum  
Vano labori præstat utilis, quantum  
Præstare crederis scientiâ primos!  
Hinc puncta laudis demereri & certus  
In erudito jure poneris censu.  
En hæc vires prode mentis insignes,  
Nobisque quod polita tradidit crena  
Ad publicam doctamque transfer orchestram!  
Phœbus jubet, Musæ favent, favent omnes,  
Et voce præscum mutuam SOPHOS! clamant.  
Suumque præbuit Themista CONSENSUM.

Hæc

in honorem Clarissimi Dn. Auctoris gratulabundi  
adpon.

COMMENSALES.

FINIS.





Jena, Diss., 1666 S-2

ULB Halle 3  
004 371 291




f

Sb.


Krit.











B.I.G.

Farbkarte #13

20

G. 4. Jun. 21. 1169

14

1666, 36

P. 17.

DISPUTATIO. IVRIDICA.

DE.

# CONSENSV.

QUAM.

AUXILIANTE. DIVINO. NUMINE.

EX. DECRETO.

MAGNIFICI. ET. NOBILISSIMI. IUDICUM. ORDINIS.  
IN. FLORENTISSIMA. SALANA.

PRÆSIDE.

## DN. GEORGIO.

### ADAMO. STRUVIO.

HÆREDITARIO. IN. URSÄTT. ICTO. ET. ANTE-  
CESSORE. LONGE. CELEBERRIMO. P. T. DECANO. SPECTA-  
TISSIMO. ET. FACULTATIS. JURIDICÆ. SENIORE. CON-  
SILIARIO. SAXONICO. CURIÆ. PROVINCIALIS.  
ET. SCABINATUS. ASSESSORE. GRA-  
VISSIMO.

DN. PATRONO. ATQVE. PROMOTORE. SVO.  
OMNI. OBSERVANTIÆ. ET. HONORIS. CVLTV.  
ÆTATEM. DEVENERANDO.

PUBLICÆ. AC. PLACIDÆ. ERUDITORUM. CENSURÆ.  
SUBJICIT.

### CONRADVS. Mitgau

QUEDLINBURGENSIS. SAXO.

AUCTOR.

ad diem Julii

ANNO. M. DC. LXVI.



JENÆ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi.